

1748.

1. Brokes, Henricus : Selectae observationes forenses.
2. Brokes, Henricus : De processu inquisitorio in justiciis multantibus visitato.
3. Buderus, Christianus Gallus : Programma : de fidelis in Romaniis alii? F 33 fl. et 2 Fr. 70; quo. . . .
Gothicus Imeli Krusler. . . . Disputationem in ang. . . .
in Diet.
4. Buderus, Christianus Gallus : De operis Burgensisium.
5. Engan, Dr. Rudolphus, Fac. juri. docens : De ratione operis in libro dominico Recensendi. Programma, in ang. Ripe
tationis Cons. Vict. Rockeri praemissum. . . .
- 6^a Et Engan, Jo. Rudolphus : De paucis in futuro petendo
negligentiam. 2 Scenpl.
7. Engan, Dr. Rudolphus, Fac. juri. docens :
Programma, in ang. Disputationis Iean. Ichhoff Storchis halende
Præmissum.

1748

8. Heimburgius, Joannes Jacobus : De 21stib[us] conferendis
pacis.

9. Heimburgius, Dr. Corp : De spoliis universitatis.

10. Heimburgius, Dr. Corp; Fec. juri. postdecamus : Programma

, 1o iudicato anomalo in clausula remota et appella
lioni rescripto evita conspicere⁹, dissertationi in acu-
satione Ludovici Corneli Schmitzii . - - praemissa

11^o = Hoffmannus, Joannes ludens : De mortis Germanorum coercenti
malignos accusatores. 2 Sunt.

12. Polygius, Christianus Friburgensis : De divisione logica
non semper per membra contradistincta apposita
formandas.

13. Reventburgius, Dr. Iustus : De pignore in re aliena
constituto ejusque effectibus diversis

1748.

14. Stockius, Dr. Christianus: *De vienis humanis fabrica
et fundamentis lethaliitatis violentiarum luctuvi visceris
laesiorum.*

15. Brautmann, Gottlieb Fridericus Amandus: *De remediorum
abbreviacione processu juri's'artorum.*

iae
lla
aug.
cent
ica
nsta

1748, 15
L. D. B. V. ~~47~~ 17

DISSERTATIO IVRIDICA GENERALIS

DE
**REMEDIIS ~~47~~
ABBREVIANDI PROCESSVM
IVDICIARIUM**

QVAM
AVXILIANTE DEO
EX CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
DIE XII. OCTOBRIS MD CC XXXXVIII.
MODERATO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIVNT

P R A E S E S
**GOTTLIEB FRIDERICVS AMANDVS
TRAVTMANN**

PHILOS. MAG. ET IVR. V. D.

STATVVM PROVINCIALIVM DVCATVS SAXO - IENENSIS
SYNDICVS SVBSTITVTVS

ET
RESPONDENS
IOANNES GEORGIVS FALCKE, *Ienensis.* (9 $\frac{1}{2}$)
IVR. STVB.

* * * * *
**IENAE,
AERE MARGGRAFIANO.**

20 V

DISSESTITIO IURIDICI GENERALIS

DE

REMEDII

ABBREVIAUNDI PROCESSAM
IUDICIARIUM

AUXILIANTIB DEO

EX CONSENTE HISTORIS ICHORIAMI ORIGINIS
COMPARATO PRACTICORVM EXAMINAVICINT

GOTTLOBE TRIDERICAS VANDAS
TRAVANTINN

PHILOS MAG ET ILLR A D

BATAVIEN PRACTICITATIB ORATIONIS SEDIS - ICHORIIS
SYKLEAS SEQUITUR

TE

RESONDENS

JOVINES GLOREIAS TULCR

ET

INAKS

VERA MARGORATIANO

SERENISSIMO
DVCI AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO III.
DVCI SAXONIAE
IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARiae ET GVESTPHALiae LANDGRA-
FIO THVRINGIAE MARGGRAFIO MISNIAE
PRINCIPI COMITI HENNEBERGICO COMITI
MARCAE ET RAVENSBERGAE DYNASTAE
RAVENSTEINI ET TONNAE
RELIQVA

SERENISSIMO AC CLEMENTISSIMO
DVCI AC DOMINO

PRINCIPVM IN GERMANIA
DECORI SPLENDIDISSIMO
MVNIFICENTISSIMO CONVNTRITORI
ACADEMIAE JENENSIS
MVSAGETAE MAXIME TUTELARI
ASTRAEAE SEV THEMIDOS
VINDICI LONGE ACERRIMO
AETERNV M MEMORANDO IVSTITIAE
CVSTODI
TESTIFICANDAM MENTIS DEVOTAE
TESSERAM
PROLVSIONEM HANC ACADEMICAM
PER QVAMDEMISSÆ

D. D. D.

VIRTVTI AC GLORIAE TANTAE

DACI AC DOMINO

S V B I E C T I S S I M V S
P R A E S E S .



PRAEFATIO.

C

n! Lector Benevole, dissertationem præsentem! Colluvie nævorum vitiorumque, quam germanico processus insituendi ac gerendi more per annos quosdam præxi forisque totos quidem dicatos expertus, sum permotus, repositis iusto dolore omnibus impedimentis, hanc pertra&tionem *de remediis abbreviandi processum iudiciarium litteris consignare & consignatas cum litterato litorum orbe communicare.* Iacta est itaque alea, neque auctorum, qui

* 3

hanc

PRAEFATIO.

hanc pristino ac præsenti tempore exposuerunt materiam, horreo multitudinem, cum nempe ab illis nobis traditis remediiis multa partim applicatu difficultia, partim non satis detecta, immo ex errore quam saepissime nata sunt, alia quædam displosis illis iam addere, erronea autem e medio tollere, & difficultia in applicatiōne faciliora reddere, conatus sum. Ideoque non solum L. B. invenies mea in dissertatione selectum remediorum collectorum ex peritissimis in hac materia auditoribus, ut & plurimis Ordinationibus processus Germanis usitatis, (quas & interdum moderate in dubium vocavi) cum allegatione fontium, ex quibus sunt hausta, sed & alia quædam mea industria studioque inventa. Stattu quidem unica dissertatione laborem finire, sed, proprius perspecta disquirendorum nole, non potui quin hancce materiam pluribus exponam dissertationibus. Primam itaque generalem, eam si ita nominandi venia sit, nunc hoc obtines loco, & reliquas intuitu cuiuscunq; processus generis, separatim, Deo auxiliante, ex me certissime expectare potes. Ordo quem adhuc in hoc specimine fecutus sum, hic est, & te L. B. illius certiore facere, officiū esse mei, dico. Considero nimurum circa processus Reipublicæ perniciōsum statum brevibus in principio. Deinde me ad vitia converto, & iuris nostri & legum, quibus eo, quo potui, modo mederi, annitor. Deinceps mihi apud animum est constitutum, sensu mero empori, eis erupati flo rufal suspicimur tenet

P R A E F A T I O.


tentiam ferre de iudice & summo, & superiori & inferiori, & tum progrederi ob argumenti similitudinem ad commissarios, collegia iuridica, arbitros, arbitratoresque & notarios, investigaturus eorundem & nævcs & remedia; ita ut semper prius vitia separatim circa quævis recensitarum materialium & deinde eorum remedia expostierim. Accipe igitur L. B. omnem huius tractationis dispositionem, ex qua intelliges, quæ oculis ibi tuis obversantur, scumque nihil amplius tibi aperire censeo necessarium, ne nimis tædio fiam ambagibus, istud eo magis ad finem perducere possum prooemium, quo minor mihi sit caussa verendi opprobrium, ne consiliis remediosque abbreviandi processum cum aliis auctoribus hanc materiam exarantibus, multis, qui ex diuturnis litibus alimenta sumere solent, panem auferrem & liberis tollerem facultatem, vestigia pressius sequendi parentum. Sin vero præter meam opinionem ea cogitares, prius hujus opprobrii membrum eo refutare possum, quod scilicet uti copia processuum non semel sed successive finiatur, ita & multitudo legibus degentium, sicuti processus diminuuntur, vel esse desinat vel conquiescat. Eorum autem liberi altero membro opprobrii comprehensi, hoc non obstante & sibi & communi commodo afferendi utilitatem habebunt occasionem, licet legibus non fuerint imbuti. Hæc omnia vero, si animo ita volun-

D 15

PRAEFATI^Q.

voluntares serio, & pacem, milites facienda missos ne infelices reddantur, non admittendam, sed æternum usque bellum esse gerendum, contendere cogereris, vel, artis medicæ peritis, pharmacopolis & chirurgis occasionem ne eripiamus laboribus suis sibi quærendi alimenta, morbis resistere non admiteremur. Cum iam vero hanc tibi, L. B. ne ioco quidem assingerem opinionem, haec mihi quasi ita prævisa tantummodo obiectione nequaquam commorandi hic ansam amplius præbet. Benevole itaque mea ut accipias abbreviandi processum iudiciarium remedia, melioribus nunquam non applaudendo, meaque nemini obtrudendo, enixe rogo atque contendeo. Vale & laboribus meis & præsentibus & futuris fave.

DIS-



DISSE^TRAT^O JVRIDICA
RE^MEDIIS ABBREVIANDI
PROCESSVM JVDICIARIVM

SECT. I.

DE STATV PROCESSVALI IN GERMANIA
DEFLORABILI.

§. I.

D^eplorandum esse processuum in Germania statum patet, et eo in describendo cum sit notissimus, non commorabor, eo minus vero auctores circa hanc traditionem declamationibus desudantes

.III. 2

A

imi-

imitabor, aut hisce memet associabo. Præcipua enim animi mei molimina sunt, quo remedia afferam, non quo suspiriis aërem repleam. Detimenta & justitiae nævi ob oculos versantur: superfluum saepe istud & minus necessarium appellare, et proh dolor! in æternum fere leuterare, petere dilationes & hujus generis centum alia, quemlibet quotidiana docet experientia, & brocardicum illud: *Litis semper esse dubium eventum, hoc in tempore certissimum est, ea quidem ratione, ut si quis peregrinorum gentium justitiam aliquo respectu præferret nostræ, vix vitio verti posset.*

§. II.

Qui igitur verum de administratione justitiae hujus nostri seculi sibi vult formare conceptum, ille satis nitide in Dn. Doehlers Processualischer Mausfalle ab initio statim de hoc edocetur. Huic igitur non amplius inhæreo materiæ, sed sequenti epigrammate Curia Mediolanensi in scripto & ex Nathan Chytræi Delic. itin. a me desumto, hic finem faciam: *In controversiis causarum capitales inimicitæ oriuntur, fit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inbonesta crima inde consequuntur; bona & utilia opera postponuntur: & qui saepe credunt obtinere, frequenter succumbunt, ac si obtinent, computatis laboribus expensis nihil acquirunt.*

A

§. III.

§. III.

Quae quum ita sint, optarem, ut hodie in Germania, quae sicuti frugum, ita bonarum legum, tam universalium quam particularium, fertilissima est, auctoritate publica in unum quasi corpus redigantur processuales leges, antiquiores recentioresque, quot quot ad illud faciunt, ut ordo in foro procedendi reddatur brevior. Optarem porro, ut, eiusmodi Codice rite solemniterque promulgato, transgressio unitis vel alterius legis, tam directa quam indirecta, in superioribus aeque ac inferioribus iudicibus, omni personarum respectu superhabito, sua vindicetur multa. Sic, me quidem iudice, omnino fiet, ut ubique provinciarum & locorum Germaniae iustitia, & celerrime & sine magno numerum dispendio, administretur cui libet.

§. III.

Ad scopum vero istum obtainendum nihil utilius quam

I. Constitutio atque promulgatio ordinatio-
nis politicæ bene compilatæ esse
potest.

Etenim commissariis, potatione & vestimento-
rum superbia æs alienum ut & delicta gignuntur, ex
his vero lites oriuntur. Luxui inservientia plane
itaque removenda, vel saltem ita compesci debent,
ne superbi & prodigi opes perdant.

Hinc ab Autore Anonymo der philosophischen
Gedanken von Verbeserung des Justiz-Wesens
dissentio, qui dicto tractatu nuperime edito Cap.
III. Sect. 4. pag. 62. *leges politicas non esse leges
iustitiae, statuit.* Sed error ille rationem suam (ut
etiam philosophice me exprimam) insufficientem in
perversa ista habet notionem, quam Autor sibi de
Legibus iustitiae (vom Justiz-Wesen) & formavit
& acquisivit. Ille nempe ita definit Cap. II. Sect. 5.
pag. 37. & 38. das bürgerliche Recht oder das
Justiz-Wesen, (sunt ejus verba ipsissima) quod sit
complexus legum & obligationum ex tamen suo ci-
vili quoruincunque civium fluentium, & ad quas
civis, ut persona privata, intuitu alterius civis sit
obligatus. Sed illam novam de iustitia non, sed
aliam potius habemus ideam. Quorsum enim Au-
tor ille numerat delicta? Nonne haec pertinent &
ad iustitiam, quoniam non solum & privati, sed
etiam multis eorum generibus e. g. in crimen per-
duellionis, imperans & respublica solum lœduntur,
& nihilominus Autor dissentiens leges, rempublicam

V 3 I Con-

con-

concernentes, a legibus pag. 38. distinguit iustitia. Non
ne porro & iustitia emptionem venditionem, permuta
tionem, aliaque pro objecto habet, quamvis & harum
respectu ordinationibus politicis (die Policei) multa sunt
fancienda? sique e. g. cives in emendis necessariis ali-
mentis in foro rixam incipiunt, nonne ad eam spondam
& decidendam regulæ iustitia sunt necessaria? Hinc
Autor ille angustiorem habet notionem. Quorsum
porro numerat Autor ille rixas inter societas artifi-
cum (der Zünfte) ortas? Nonne ad eas decidendas iustitia
requiritur, quamquam illis sociis non obligationes ut civi-
bus, sed ut membris dictarum societatum insunt. Et multa
adhuc proferrem exempla de perversa a dicto Dn. Autore
sibi formata notione de iustitia, (von dem Justiz-Wesen)
si instituti mei ratio, hoc permitteret. Hac ex falsa no-
tione non nisi falsæ conclusiones suum trahere possunt
ortum, exempli loco sit sequens propositio ab illo Au-
tore initio pagina 38. stabilita: *Die bürgerlichen Ge-
setze (oder das Justiz-Wesen) können noch vorher ge-
dacht werden, und haben schon ihre verbindende Kraft,
ehe noch ein Staat errichtet wird.* Contrarium Philo-
sopho isti, ut a secula methodi demonstrativa, etiam de-
monstrabo. Assumo nempe ejus verba: pag. 37. Wenn
die Menschen *hüb in einen Staat begeben*, so erhält ein
jeder als Mitglied dieser Gesellschaft *einen besondern
Stand*, welchen er zu behaupten durch diese Verbindung
ein besonderes Recht bekommt. Dies ist, (continuat
Autor) *das suum civile*. Die Gesetze und Pflichten wel-
che hieraus entpringen, sind es, welche zusammen ge-
nommen, *das bürgerliche Recht oder das Justiz-Wesen*
ausmachen. Hinc (si concludere fas est) ita concludam
Omne, quod existentiam alterius actuat, est ratio alterius,
et alterum, qua existentiam suam rationatum. per Def.
rationis. Atqui status s. societas civilis actuat existentiam
sui civilis in se (per verba Autoris supra allegata) E.
status s. societas civilis est ratio sui civilis & ro suum

ROM civile rationatum. Sed & suum civile etiam continet
 existentiam Legum civilium in se (per dicta verba Au-
 toris allegata) E. & suum civile est ratio Legum civilium
 & Leges civiles sunt rationatum. Ratio rationis essenti-
 aliter sibi subordinata est etiam ratio rationati (per pr.
 Ontol.) Sed status s. Societas civilis est ratio & sui ci-
 vilis, & suum civile est ratio Legum civilium statu s. so-
 cietate civili essentialiter subordinata, & Leges civiles
 rationatum & sui civilis (per supra probata) E. status s.
 Societas civilis est ratio Legum civilium & Leges civiles sunt
 rationatum. Posita ratione ponitur rationatum, & po-
 sito rationato ponitur ratio. (p. pr. Ontol.) Hinc posito
 statu s. Societate civili nec ponuntur leges civiles, & po-
 sitis legibus civilibus ponitur status s. Societas civilis. Sic
 que non posito statu s. Societate civili nec ponuntur le-
 ges civiles, & non positis legibus civilibus nec ponitur
 status s. Societas civilis. (per pr. contrapositionis.) Po-
 nere est, aliquid de objecto quodam affirmare (est ipsa
 definitio. Atqui si leges civiles mihi cogito, quod sint s.
 quod esse possint, eas pono. Positis legibus civilibus
 ponitur status s. Societas civilis. (est propositio supra
 iam probata) Hinc per princ. contradict. concludendum,
 quod impossibile sit, ponere leges civiles, & non simul
 ponere statum s. Societatem civilem. Impossibile ita-
 que est, quod quis leges ponere possit civiles, & non si-
 mul ponere statum s. Societatem civilem (est propositio
 identica) Atq. si quis leges civiles sibi cogitet, s. quod
 sint, s. quod esse possint, eas ponit E. impossibile est, si
 quis leges civiles sibi coginet, quod sint s. quod esse pos-
 sint, ut non simul ponere, bincque sibi simul cogitaret
 statum s. Societatem civilem, quod sit s. quod esse possit.
 Cogitationes simultaneæ non sunt sibi invicem priores
 (p. Ontol.) Sed cogitationes de legibus civilibus & de
 statu s. Societate civili, quod sint, s. quod esse possint, sunt
 simul (per conclusionem antecedentem) sicque eogitatio-
 nes

nes simultaneæ. *E cogitationes de legibus civilibus &c*
de statu s. Societate civili, quod sint s. quod esse possint, non
sunt cogitationes sibi invicem priores. Hincque p. princ.
contradict. impossibile est ut leges civiles prius quam statu-
s. societas civilis possunt cogitari quod sint s. quod esse
possint. Impossibile nullas habet obligationes (per princ.
 Outol.) Atque leges civiles prius cogitata quam status s.
 societas civilis, quod sint s. quod esse possint, sunt im-
 possibilia (p. conclus. anteced.) *E. Leges civiles, quoil*
sint s. quod esse possint prius cogitatae, quam status s. so-
cietas civilis, nullas habent obligationes. Q. E. D. En
 iraque L. B. thesin theseos Auctoris illi Anonymi & phi-
 losophica ut et methodi scientificæ aseclæ, contradictione
 oppositam, ni fallor, demonstravi.

S. V.

II. Mutuæ oppressiones (Repressalien)

tollendæ sunt:

Quæ justicie valde adverantur, et ex quibus in noxiis
 solum inde veniunt detrimenta, quæque et jure Róma-
 no L. un. Cod. ut nullus ex vicinēs præ alienis etc. et
 L. 4. Cod. de executor. et exactoribus, reprobantur.
 Denique

III. Sufficientes fiscales, qui sine excitatoris et
 leges observandas curarent, et modum
 procedendi, hincque et intuitu judicum et
 advocatorum ut et partium undique debi-
 tam et necessariam præstarent vigilanti-
 am, constitui et denominari necesse est.

His

His aditus ad curias quovis pateat tempore necesse est, quo nonnunquam inopinati rebus forensibus inter esse possint, ad instar quibusdam in provinciis constituti inspectoris ecclesiastici, (Land und Kirchen-Inspectoris) ecclesiastica et ministrorum verbi divini actiones explorantis. Hæc fiscalis constitutio ante omnia ad emendandam iustitiam et abbreviandas lites forenses plurimum erit necessaria. Cum enim et judices et advocati litibus sibi ordinarie viatum querere sunt coacti, pauci eorum curam hujus sunt acturi. Cui autem profundunt optimæ leges, si non in observantia et fundamenta sunt caussarum in decisione?

§. VI.

Tempus certum adfiniendam litem constituere, res est, quae nec bene perfici, propter lites inter se valde differentes, nec etiam ad finiendas eas, commoda est. Romani quidem in L. properandum Cod. de judiciis caussas civiles intra triennium finiendas, mandaverunt, et Regis Borussiæ Majestas F R I D E R I C V S ille Magnus easdem per annum tribus instantiis finirivolunt, haud immerito tamen vereor, ne perscrutatio, quæ illum, qui, quo minus ad præfixum tempus processus finiti sint, in caussa fuit, prodere et poenis afficere curat, difficilius instituenda tractandaque esset, quam ipsius processus finis. Iudex et partes litigantes sibi invicem adjumento esse debent, et si judec ex officio ob caussas principis specialissime ei mandatas quosdam distulerit terminos, aut si transmissa acta non diti remittuntur, quid partes litigantes ad hæc conferunt? et qua ratione judici potest imputari, si partes ex utroque, partim ex inopia, partim ex aliis causis processum per anni spatium non

per-

pertractant et linquunt? Et posito, inquire, quis cauſa
ſit non intra præſcriptum tempus finitæ litis, alius in
alium, advocationis in judicem, iudex in advocationem,
ille rurſus in partes tranſerret cauſam protracti nec
debito tempore finiti processus.

SECTIO II.

DE IURIBUS NOSTRIS IN FORIS RECEPTIS.

Nunc generalibus quibusdam circa hanc materiam
præmittendo necessariis peractis ad ſpecialiora et
quidem ad nævios impeditamenta circa ius nostris in
curiis uifitatum ac eorum remedia me convertam.

TIT. I.

S. I.

I. multitudine Iurium nostris foris in deci- dendo uifitatorum.

Mente Platonis multitudine legum corruptam indicat
republicam, et Lycurgus et Solon paucas sed utiles
tulerunt leges. Multitudine enim legum nutrimentum
variarum inde ortarum interpretationum est, ex diversa
vero legum interpretatione multi proveniunt processus.
Et hoc videmus evidenter in legibus nobis uifitatis, qua
ſæpe non in totum ſed ad partem tantum plerunque ve-
ro in ſubſidium recepta. Immo circa earum receptio-

B.

nem

nem magnæ adhuc existunt controversia, has tamen de
hac materia quæstiones non evolvam, cum allegatus
Dn. Brenck in tract. cit. Cap. V, §. 5. pag. 32. seq. pul-
chre eas recensuit. Speciatim vero Dn. Ioh. Wolfgang.
Trier in seinem Gedancken vom teutschen Justiz-We-
sen etc. Cap. II. jura nostra quam særissime obscura, con-
fusa, sibi adversaria, invicem commixta, variantia,
res sine necessitate multiplicantia, fictionibus et solemn-
itatibus repleta, aperte injusta et æquitati repugnantia es-
se, luculenter monstravit exemplisque illustravit. Quod-
que multitudo legum nostrarum et sit caussarum diutur-
nitatis litium una et mecum ventit Autor anonymous Der
philosophischen Gedancken von Verbesserung des Justiz-
Wesens. Cap. III, sect. 3.

Deinde non necessariam hisce pagellis duco evo-
lutionem, an jus canonicum ejusque introduc-
tio ansam præbuisset nostris diuturnis processibus?
uti B. Thomasius aliique senserunt; hoc tamen
certissimum est, sape et juri canonico multa indebi-
te annumerari, quamvis ejus aperiissime pareat innocen-
tia, ut e. g. B. Stryck in Dissert. de Processu abbrevian-
do penam mendaciæ: inique §. 3. cum ibi allegatis
ICtis sentit, quod distinctio inter possessorium et petito-
rium, summarium et ordinarium in foris nostris ope-
juris canonici esset introducta: sed inspiciamus quofo-
li. un. Cod. si de momentanea possess. appellat fuerit,
et L. 3. Cod. de interdict. et illis reperiemus, supra re-
censita processuum genera jus romanum jam habuisse,
licet ea, supra commemoratis et hoc tempore consue-
tis nominibus non designata fuerunt. Summa delicti
juris canonici igitur haec est, ut dictis jam apud Ro-
manos usitatis processuum generibus certa donaverit
nomina.

§. II.

§. II.

II. Hinc multas et quidem sibi repugnantes diversasque habemus leges, ne quidem ubique decisionem casum in foro obvenientium sufficientes.

Supra adducta probabunt multa illa leges obstantes, quæ omni multorum ICTORUM labore et eruditione non obstante, conciliari non potuerunt. Qui denique decisiones ex analogia juris aliter indicant nisi defectum legum in causis decidendis.

§. III.

III. Consuetudines (das Herkommen) penes nos ad instar legum receptæ sunt complures.

Hæ consuetudines jura confundunt, immo expressas à principe leges latas abrogant. Cum vero ex subditis originem trahant, leges autem à principe lata sint, eorum defensores eodem modo ut demonstrent necesse est, subditos leges non tantum sibi sed et, inscio principe, summa potestate gaudente, ferre, eorumque expressa placita removere posse pro lubitu; quod tamen non statuendum est. Nunc quidem ad defendendas consuetudines aliquis proferre posset, consensum Principis in stabiliendis consuetudinibus adesse: sed qualis (si licetum mihi est interrogare) consensus? consensusne fictus in maxime praesumitus? sed principem sapere in provinciis suis receptæ fugiunt consuetudines; qua ratione vero quis in istarum consentire potest originem, earum inscius? Et quomodo consensus ille principis fictus s. praesumitus

præferendus est consensui expresso principis in legibus suis latis declarato, cum expressus semper plane anteponendus sit consensui præsumto s. facto?

Dn. Ioh. Wolfgang. Trier cit. Tract. P. I. p. 3. consuetudines pacta esse, ad earum assentem defensionem, et, cum subditii isdem mutuo se possint obligare, etiam consuetudinum introducendarum libertatem habere illos. Posito vero sed non concessso, pacta esse ex cit. Dn. Trieri sententia attamen scopum, quem sibi proposuerat, non attingeret, quia 1) tunc consuetudines Legibus non possint derogare, et brocardicum illud in jure probatum in iumentem ei non venit: *Pacta privatarum non derogant publicis.* Hoc enim si possint subditi, in potestate eorum foret, leges a Principe laras utrum accipere quid? quod? implere vellent nec ne? 2) Si duo aut tres aut pauci pacificuntur invicem, uti hic in consuetudinibus ex mente Dn. Trieri, eorum pacta aliis in república, illis non consentientibus, detrimentum inferre nec possunt, nec normam præscribere, cui actiones suas attemperent. Hæc enim conclusio minus est adæquata: Caius et Maevius in distribuendis hereditatibus paternis dimidiam earum partem matri dederunt, E. Sempronius etiam ut det, necesse est. 3) Si consuetudines pacta sunt, statim in primis secundum primum occurrentem casum ex natura pacti valere deberent, quare autem ad constitutionem consuetudinis duo casus ad minimum requiruntur? Quod reliquum est, taceo de genere probationis difficulti, et de multis controversiis circa consuetudines in foro ortis, quæ diuturnis anfam præbent processibus, et quarum cit. Dn. Brenck Cap. V, §. 5. p. 24, non paucas in medium protulit. Quibus et insigne annumerandum est exemplum illud in der Vor-Pommerischen Hoff-Gerichts-Ordnung de anno 1737- Part. I. Tit. 3. n. 7. (ubi de consuetudinibus in insula Rügen)

gix

magia iustitiae (des Rugianischen Land-Gebruchs) agitur)

prolatam meam corroborans sententiam.

§. IIII.

His consuetudinibus observantie fori quam simillimae sunt. Isdem enim judices eodem modo jus aequum sunt in leges Principum, utrum recipere velint nec ne. Et quoties auditur, judicem parti, legem talem alleganti, respondere, hanc in judicio cui praeslet, non esse receptam, id est non observari?

Appendicis loco non possum quin sequentem inscripsi-
tionem statuae Herkomanni a comite de Sporck im
Kukus-Bad subscriptam his meis inseram paginis.

HERKOMANNO

invicto hactenus iustitia debellatori

formalitatumque iuris

posterioritate in cautelam, hanc

statuam bona causa lapsa, si

justus dolor

M. D. C. C. XX.

§. V.

IV. Multas & tam diversas interpretationes legum & dissensus commentatorum huc referre necesse est.

Plurimi Commentarii, resolutiones, consilia, decisiones &c. nil aliud sunt nisi expositiones controversiarum

(rum & diversarum opinionum praticos inter ventilata-
rum; Ex his potissimum sumimus, immo ex his in mo-
tibus plerunque animi & mentis in fervore conscriptis
libris, jus nostrum: dissententes si qui adfunt Doctores,
expensae processus confessim compensantur, & non
nulli communem DD. opinionem perpetuo ut sequamur
auctores sunt suaoresque, quasi in thesibus illis, multis
immo plerisque approbatis errare vix ac ne vix quidem
affieri posset, hancque ob causam recentiam DD. opinio-
nem communem veritati æquiparant. Immo Berlichius
Dec. CXXXV. P. I. & Brunnemannus ad ss. Tit. 3. L. 23.
n. 2, credunt, huic hærendum esse & quamvis con-
tra legem sit. Tanti Jcti censem communem DD. op-
nionem, & ea de causa porestat legislatoriai sibi ac-
quirendæ operam navant. Sed merito hic queritur,
quamnam opinio DD. sit communis DD. opinio? Docto-
res enim ipsi a femei ipsis dissentunt, & ubi sexcenti eo-
rum pro communi sententia defendenda adduci possunt,
ibi totidem contra adfunt dissententes, ut illud de Ca-
vallos in Tract. suo omnibus haud ignoto perspicue o-
fendit. Immo posito, esse opinionem, quæ certe
communis appellatur, quam subito intra breve annorum
spatum, si multa scripta huic adversantia interim edun-
tur, throno deturbari, & contraria more idololatrico
ibi substitui posset? Quo plures enim libri, eo plures
opiniones. Hinc Jcti limitationibus suis, exceptioni-
bus, declarationibus &c. leges tantisper dissecant, dum
nulla amplius esse videatur, ideoque caussarum patroni
in errorem adducuntur, in primis præjudiciis auctorii-
tatis imbuti, aut castum quendam tamdiu circumvolvunt,
usque dum limitationem quendam, de qua legislator
nunquam cogitavit, adipiscantur, hocque modo legem
eludunt, cum semper firma haec manebit veritas: Veri-
tatem inventire difficile est, ubi sapientes discordant.

§. VI.

§. VI.

V. Cives inferioris conditionis, immo s^epe
majoris & literati, nisi sint Jcti, & iidem
illi ipsi aliquando jura nostra consueta aut
ignorant aut scire nequeunt.

Jura enim nostra & in h^ac commentarii elaborati
plurima ex parte latino idiomate consignati sunt, & a
principi^e separatim evulgata praecepta, mandata &c. per-
eunt, hoc ipso tempore, quo tabulis publicis affixa aut
longinquitate temporis aut alio fato. Nemo enim ea
posteriori relinqui & reservari, operam dat.

§. VII.

Ex his itaque a me paullo superius prolati, næv's
circa jura nostra dilucide patebit, quam incertissima &
nobis s^epe plane ignota sint; quod si non esset veritas
indubitata hodierna, litiganti non foret licitum contra
tres scabinatus & facultates juridicas excipere auctorum
transmissione. Sed transeunt impedimenta, nos
vero dispiciemus quoque de remediis ad ea remo-
venda necessariis.

TIT.

TIT. II.

DE NAEVORVM IVRIVM NOSTRORVM REMEDIIS.

§. I.

Remedium nævi I. & II.

Novus Codex, isque universalis, siquid
video, condendus est.

Idem, ni fallor, sentit Dn. Gottfr. Warleff. in Discursu suo de abbrevianda lite pag. 134. seqq. ut et der Autor der freyen Gedancken zur Verbesserung der Menschlichen Gesellschaft n. IV. p. 65. quamvis eius p. 77. delineata Ordinatio processus, ita styllo exhibita est Laconico, ut respublica nullum plane inde acquirere possit usum. Non sufficit enim lancire, quod quis juste ac honeste vivere debeat, sed etiam modus est proponendus, et remedia, quibus et transgressores legis fine compescendi. Omnes enim si jam iussi & honesti, nullis nobis opus esset legibus.

Modum quendam compilationis Dn. Ioh. Wolfgang. Trier in seinem Gedancken von dem teutschen Justiz-Wesen Cap. III. dedit protulique nullo modo vituperandum, quamvis ejus ad illud opus constitutum tempus nimis augustum est. Insuper autem Abbas St. Pierre alium recentius modum dictum compilandi codicem in seinen Vorschlägen und Mitteln das Recht zu verbessern und die Processe zu verringern, p. 194. qui quamvis tardior paulo tamen securior est priori.

TIT.

§. II.

Generatim in novarum legum constitutione hæc notandæ essent quatuor proprietates. 1) ut sint generales, 2) claræ, 3) ut magis ad commodum majoris civium numeri, quam minoris sint accommodatae 4) universales, (quantum possibile) hoc est in tota provincia valentes. vid. Abbas St. Pierre Tract. cit. P. I. pag. 45. Deinde e. g. in confiando hoc novo codice multæ nobis iustata solennitatis, cui vigor legum circa fatalia, removenda essent. Quædam tantummodo circa hanc materiam afferam. Cum enim haud æquum sit, quempiam justam caussam suam ob negligentiam advocati perdere, illos, qui fatalia non observant multo magis pecunia aut custodia multare possemus. Hoc ipso enim scopus etiam retineretur. Multæ circa leges generales iustitate exceptiones rerum & personarum a confiando Codice in quantum possibile excludendæ sunt. Legibus porro præteritum hereditates concernentibus nulli plus atque alteri tribuendum est, nec multis præcipuis e. g. Geradæ, Heergewetæ &c. patrocinandum. Leges enim hoc modo constitutæ nulli tunc forent detrimento, quod enim e. g. frater per æqualem divisionem hæreditatis cum sorore perdit, id ejus uxor vicissim ei reparat, & sic v. v. Deinde prohibendum esset, ne nec mas nec femina ad secunda transiret vota, nisi præcedente divisione bonorum cum liberis ex priori matrimonio procreatis. Porro omnia testamenta, nisi periculum in mora adsit judicialiter & sine superfluis solennitatibus, confici debarent, quorsum pertinet constitutio regia Borussica de abbreviando processu de Dat. Berlin d. 18. Novembr. 1718. §. 36. quamvis cum Dn. Brenck in alleg. tract. non negandum, ultimaru

timarum voluntatum plenam abrogationem certo respectu meliorem esse, in primis cum quilibet sufficienter per pacta successoria & inter vivos de bonis suis potest disponere. Porro remedium sortis vel divisionis tam sacra scriptura quam jure probatum in causis vere dubiis adhibendum praecepere, ut & lites per subsequens matrimonium & ad filiationem abbreviare, codice isti ut inseratur, opus esset. Porro eo annexendum esset, ut omnia pacta & contractus in primis vero eorum clausule, ut & renunciations, registratura & omnia alia decreta judicialia, sententiae & resolutions germanie & perspicue exprimendas essent. Deinde jubendum, ut mulieres illata sua semper judicialiter indicarent, ut illis qui cum earum maritis vel mutui vel aliorum negotiorum causa nexum haberent, notitia certa de uxorum illatis non deesset. Denique & certus modulus judicibus, qui in concedendis hypothecis iudicialibus nimis faciles, in earum concessione praescribendus ad impediendos concursum. Porro ea in compilatione non dentur oblivioni leges Romanorum ad abbreviandas processus multum tribuentes nostris vero temporibus inusitatas, quarum e. g. sunt L. 10. Cod. de transact. L. 21. ff. de rebus credit. L. 2. Cod. de re judicata. Ultimo loco in civilius causarum non magnimomenti per tractatione modus antiquis Germanis usitatissimus de simplici nempe & piano in decadendis litibus admittendus est. Circa criminalia vero L. XI. Cod. de poenis in primis bene consideranda; Et jus leges dubias interpretandi legislatoribus solum relinquendum esset, judices autem ad ea solummodo restringere, ut applicatione juris ad factum essent contenti, fin vero lex dubia esset, relationes ad superiorum mitterent, & tunc sententiam eo usque different, quo declaratorum acciperent rescriptum.

Dn.

Dn. Joh. Wolfgang Brenck in Tract. suo: die nach Got-
 tes Wort, Recht und Vernunft nöthige, mögliche und
 beständige Verbesserung der Justiz &c. Cap. VII. S. 4.
 novi codicis compilationem difficillimam esse putat, eam-
 que fere effici non posse, 1) quia perfectissima ea in com-
 pilatione desideranda esset scientia justi ac injusti. Hanc
 vero fundatam esse veris juris principiis; quilibet sua certa
 censere & cum fere nullius extaret juris naturalis Doctor-
 ris principium aliud commune, ridiculo sane more hoc de-
 siderandum esset in jure civili, quo tam multa arbitraria
 comprehendantur: & tandem si adessent etiam principia
 unanimiter probata, in conclusionibus tamen unicum esset
 fundamentum, quo magis vero ratio concludendi a princi-
 piis esset remota, eo magis perspectu difficilior & philos-
 ophia esset magis occulta. Sed ad omnia haec Resp. Si
 Dn. Brenck perfectissimum pro eo quod omnibus naevis &
 erroribus vacuum sit, assumit, recte se quidem habet
 ejus sententia, quoniam Deus solus, nullus vero morta-
 lium ens illud perfectissimum est, cum nemo eorum
 tam perfectam i.e. ab omnibus erroribus remotam scien-
 tiā justi & injusti possidere potest. Attamen hac de-
 re non est ferme, & sufficit, complures eruditos & pe-
 culiaris dexteritatis viros, qui confilio a nobis allegato
 convenienter sufficienti temporis spatio in codice novo
 desudant, labore mutuo errores & vitia corrigeret, (quid
 enim alteri deficit, alter supplet) & leges ab ipsis reno-
 vandas facile ad humanam quandam perfectionem per-
 ducere posse. Porro non quadrat ex jure naturali et
 ejus auctoribus deponitum exemplum. Cum enim
 illi quoad maximam partem in propositionibus & con-
 clusionibus juris naturalis consentiunt, nil refert, ex
 quo potissimum principio derivant, & ut hodierno
 tempore principia juris naturalis plurimum inter se con-
 veniunt, & in dies unanimiora sunt, idem quoque mo-
 dus in jure civili foret. Quod denique de remotione
 C 2 con-

conclusionum ab eorum principiis & amore sui hominum Dn. Brenck sibi ominatur malum, idem illud de suo infra allato jure divino sive jure Iudæorum forensi, quia multo minus omnes sub se comprehendit casus speciales, ideoque simili ratione ex principiis a conclusionibus multum remotis deduci debent, ipsi verendum est Porro novum conscribi posse codicem adiuvatorem esse statuit quia 2) sufficientem omnium rerum & casuum in mundo obvenientium humanorumque eventuum cognitionem exigeret, quoniamque multum temporis in consequenda tam ampla cognitione facili in conatibus, regulas juris applicatione ad casus existentes certas & in dubiis redendi requireretur, totidem secula ad conficiendum novum codicem exigi, quot penes Romanos in compilando suo corpore juris. Sed iterum Resonderet. Nonnulli eruditii & probati viri non tantum a Dn. Brenck desideratam sufficientem cognitionem rerum & casuum in mundo obvenientium humanarumque actionum possidebunt, in primis si consilia supra recensiti Abbatis St. Pierre in actionibus suis non delinquent, sed & mulro majorem ac Romanorum, quippe quorum cognitione horum superstructa est cognitioni, & illi ex horum admissis erroribus reipublicæ utiles haurire poterunt leges, ideoque non tot secula desiderabunt, cumque Romani in conficiendis ff. triennio solo laborarunt, quam ob rem nos nostris multo melioribus requisitis intra triginta aut quinquaginta annos non multo perfectiorem novum prelo submittere possemus codicem?

Iam vero Dn. Brenckii l. c. §. 6. consilium *leges Iudeorum forenses a Deo illis datas ceu normam actionum nostrarum forum introducendi*, brevissimis etiam perseruabor. Evidem non nego, multa in dictis legis utilia & reipublicæ commoda deprehendi, eaque novo codice inferenda esse, ita tamen prouti Dn. Brenck placuit

placuit has leges omnes ceu normam assumendas esse concedere nequeo. 1) Igitur perspiciemus, quomodo Dn. Brenck fictas sibique ipsi objectas objectiones insufficienter & infelici ausu refutare fuerit annis. Respondit scilicet §. 8. l. c. ad objectionem, *leges Iudaorum forentes non convenientes esse statui nostrā reipublicā bo-*
dierno: hoc modo (altera enim ibidem extans objectio;
has nimirum leges non nos, sed Iudeos tantum obliga-
re, nullius per se est momenti, si enim tantummodo illa ad nostram rempublicam accommodatae essent, le-
gislatores ad eas jam nosmet possent obstringere ad in-
itar exempli juris Romani & Canonicī, quā nec nos sine ius
statu legislatoris per se obstrinxerunt Leges non ad rem-
publicam, sed illam ad eas se accommodare debere. No-
va & nunquam plane audita thesis! Illud enim notissi-
mum est; omne id quod aliud quoddam reddere debet
perfectum, ejus circumstantiis convenientis (hoc est illis
non repugnans) esse debet. Jam vero leges rempublica-
ni, ut reddant felicem necesse est. E. etiam leges ad
ejus statum se accommodare debent. Certo ex thesi
Dn. Brenck sequens emanat paradoxum: leges tantum-
modo de metallis ferendas esse, & tandem ut ea etiam
statim extarent necesse esset, (quia nempe respublica le-
gibus illis metallicis se accommodare, ex sententia Dn.
*Brenckii deberet) & ut incolæ aera inveniant, metallicis
 que laborent, licet in republica ne feces quidem metal-
 lorū, quid? metalla adessent. Porro Dn. Brenck pu-
 tatus cit. *Si statum Reipublicæ pro consuetis hominum actio-*
nibus in ea viventium acciperemus, thesis, qua statuitur:
leges Reipublicæ se esse attemperare debere, non statui pos-
set sine contradictione, quia ad actiones hominum leges
accommodata deformes evaderent. Sed respondemus hoc
negando, si enim homines furantur, fornicantur, occi-
dunt &c. leges his conformes ferenda sunt sceleribus,
*illisque ut attemperentur necesse est, nechtiquam vero,**

ut illos in hisce facinoribus confirment, sed ut compescant; et quo crebriora haec crimina eo alacrior eorum intuitu legislator sit, necesse est. Dn. Brenck detegit itaque contradictiones ubi nullæ extant, & bonus hic noscitur Homerus dormitat, quando ut *leges latae a ferendis non distinguunt*. Leges si conficiuntur, solummodo ad rempublicam se accommodare debent, illis vero promulgatis tunc legislator a membris reipublicæ sibi subiecta obsequium exigere, eaque ad eas adimplendas compellere potest. Cum vero *citra opinionem huic refutationi theseos meis cum prolatis ex diametro pugnantis nimis diu inhæreo, solummodo adhuc II) missa responsione ad §. 8. l. c. exposita collataque dicta bibliaca, quorum genuinum sensum Dn. Brenck hoc loco non apte applicavit, ad ejus consilium: de introductiōne legum Iudæorum forensium nostra in republica, quædam adjungam. Loca a Dn. Brenck l. c. §. 9. adducta uti Exod. 21. seqq. Levit. 18. seqq. Deut. 16. seqq. si paulo accuratius perpendatur, eis perspectis inventetur, hec sepe de rebus in nostra republica non usitatis disciri. e. g. Exod. XXI. de servitute, it. de officiis humanitatis, e. g. Exod. XXIII. vers 4. 5. Lev. XIX, vers. 32. Deut. XXII, vers 4. aut ta'ibns rebus quae ad solos Judeos evidenter pertinent & ad nostram non possunt referri rempublicam. e. g. Lev. XIX, vers. 19. Deut. XIV, v. 16. & ibid. cap. XVIII. & XXII. vers. 9. 10. 11. 12. Generatim vero exceptis delictis carnis & sanguinis & furto ibi adducta ob defectum legum ad alios superstites casus applicandarum, nullo modo sunt sufficientia ad disjudicandas hominum actiones & decidendas. Et hæc ipse Dn. Brenck satis perspexit, ideoque §. 9. ius Romanum in subsidium vocandum urget. Sed quale hoc est consilium: conqueritur de multitudine legum, & duo tamen diversa jura assertari vult! Nonne superfluum illud interpretari & illud commentari initium capietdenuo & omnia confundet? Certote*

te textus authenticus & antiquitates judaicæ quod ad leges Judæorum forentes attinet plurimum huc adjuvabunt, eamque ob causam Icti non possunt non totam fere theologiam unacum linguis orientalibus addiscere. Sed qualis interea ratio erit juris Romani? Dn. Brenck de eo nihil utrum emendandum, an vero tam confuse reservandum sit, commemorat. Si corrigendum iraque esset, quis hoc corrigeret? Dn. Brenck, tanta neminem credit, fore capacitate. Sed si ita accipendum uti hoc tempore extat, quid inde oriatur? quomodo in meliorum transferemini statum? & nomine in iuriis incertitudine post, uti ante hærebimus?

§. III.

Hoc remedium novi Codicis à nobis suppeditatum utilitatem afferret certo; si modo Principes Germaniæ concordes essent, et unitis viribus opus aggrederentur. Ideo non possum quin affirmem, quod licet hoc remedium per se facile impleri possit, piis tamen desideriis adhuc annumerandum sit. Ab unoquoque tamen Principe separatim per sequens consilium finis prioris ex maxima parte suis in provinciis impetrari posset.

Abrogentur nimirum jura adhuc usitata generatim atque nova ad decidendas lites sufficiens ordinatio provincialis constituatur ubique valens & requisitis novi codicis à nobis commendati prædita: Quod autem in quavis urbe aut pago præcipuum & singulare esset, id inseratur statutis & ordinationibus paganis,

quæ

quæ si modo singulæ loci sub se comprehendunt brevia fient, & vix paucos Sphos complectentur. Ea enim, quæ jam in ordinatione provinciali sunt, repeti illis non esset consultum.

Nunc statuit quidem Da. Klepperbein J. V. D. in seinen Gedanken von Verminderung und Beschleigung der Processe Tit. I. §. 1. Statuta & ordinaciones paganas non tolerandas sed abrogandas esse, hunc tamen refutare non necesse esse duco, siquidem se ipsum cit. Tr. Tit. II. §. 5. refutare videtur, statuens, in rebus rusticis certas ordinaciones per totam provinciam esse publicandas.

§. IV.

Remedium nævi III.

Consuetudines plane sunt abrogandæ & promulgandis legibus statim inferendum est, quod omnis contrarius usus eo ipso tolleretur, & consuetudo in posterum nulla in contrarium admitteretur.

Uti iam in der Fürstl. Sachsen-Gothaischen erneuerten Gerichts- und Proces-Ordnung Cap. II. n. 1. §. 4. sancitum est, ut nulla valeret observantia in fraudem legis.

§. V.

Remedium ad IV.
Interpretationes juris & commentariorum in leges elaboratio, si non plane sint prohibendæ,

bendæ, tamen restringendæ, nec eis vis
legis anomola concedenda.

Justinianus jam L. I. Cod. §. 12. & L. II. §. 21. de
vetere jur. enucleando & auctor. prohibuit, nullum JC-
tum commentarios de legibus scribere & confidere debe-
re; cum eis tantum confunderentur. Si vero licitum
foret JCs, compendia quaedam aut commentarios con-
scribere, non omnibus, sed doctioribus hoc conceden-
dum esset speciatim, proinde hæc opera rigoroso subji-
cere examini & denique non permittere neceſſe esset,
ut illæ in his contentae opinioneſ et interpretationeſ ad
instar legum eſſent: tandem vero simul & detrimentum,
quod in rem publicam ex contrariis JCs, opiniō-
bus cadit, ut evitetur, princeps diſſensum inter JCs
ortuni per decisiones removere deberet. vid. Herin. La-
therus de Censu L. II. cap. 5. n. 21. Exempli loco ſint
decisiones Electoraleſ Saxonicaſ. Immo, defunctus Rex
Borussiaſ B. M. hoc commodiū optime etiam perſpe-
xit, & ideo in Mandato Berlini die 21. Septembr. anno
1733, dato omnibus judiciis ſuis præcepit, omnes caſus
dubios forenſes relationibus indicare, ut jus certum
fieri poſſet.

§. VI.

Remedium nævi V.

Novæ leges germanice & perspicue ſunt elabo-
randæ & cuilibet loco & pago mandandum
eſt, ut ſibi unum vel plura Exemplaria emant,
ut quovis tempore ipliſ ſit copia, inſpicien-
di leges.

D

De

De Edictis vero separatis a Principibus editis B.
Dn. Cancellarii a Ludwig consilium in dem 46.
Stück der 1734. editen Hællischen Anzeigen da-
tum bene notandum & exsequendum.

SECT. III.

DE IUDICE ET IUDICIO.

CAP. I.

DE IUDICE SUPREMO SUMMA GAVDENTE, POTESTATE.

Quamvis ego in hoc capite appellationem attingere
deberem, ob meliorem tamen servandum ordinem
id in sequenti generatim tantum faciam, specialia autem
de hac tradenda materia ad secundam dissertationem,
ubi de instantia appellationis inter alia ex professo agam,
reservabo. Plurimum igitur in hoc capite, quod ostendit
de processu rescriptio & supplicationibus
dicetur.

TIT. I.

DE IMPEDIMENTIS IUSTITIAE EIVS INTVFFV.

§. I.

Impedimentum 1) est,
Ut omnes libellos supplicationum de quacunque
causa & iam ventilata & mox ventilanda
pro-

promiscue afferre & præsentare liceat, hincque
efficiatur, ut ad ea dentur rescripta.

Hinc processus rescriptitius sæpe valde nocivus &
diuturnus est. Cum enim rescripta illa omnia, parte
altera ordinarie non audita & sine cognitione causæ ex-
trahuntur, plerumque immo semper altera pars suppli-
cando se ostendit, & tum multis vicibus rescriptum prio-
ri contrarium accipit. Prior deinde iterum incipit mo-
dum supplicandi, ubi reliquerat ab initio: adversarius
ejus in hac opera cum sequitur, & rescripta per longum
temporis spatiū variante fortuna variant.

§. II.

II. Supplicationes, ut plurimum falsa narrata
continent, adeoque ad ea rescripta accom-
modata nihil operari possunt.

§. III.

III. Supplicantes sæpe numero obscuri sunt in
confiendo libello, supplicationis, ut & for-
mulis petitiones exprimentibus.

§. IV.

IV. Quamvis petita supplicantium iam sæpius re-
jecta denegataque fuerint, redeunt tamen illi
novis supplicatoriis libellis, licet non sit mu-
tata rerum facies.

Opinionem scilicet præ se ferunt, priorem repulsam
oblivioni esse traditam & sperant rebus falsos colores il-
linendo

linendo in primis, si in manus alias quam prioris referentis incurvant, tandem impetrare, quod petierant antea, sed sine effectu, & saepè etiam impetrant.

§. V.

V. Moratoria non difficile dantur, cum tamen obærati plerumque tempus sibi lucrari student, reliquas opes suas dissipandi aut removendi, & creditores suos hisce privandi.

Hoc liquet: quoniam non ubique plane multi casus nobis innotescunt, eos, quibus moratoria tributa fuerunt his quæ concessa sunt temporibus præterlapsis patrimonio suo auxilium præbusse, concursumque evitasse.

§. VI.

VI. Iudex supremus saepius tam multas instantias ordinavit. His vero nihil aliud effecit, quam ut subditis viam, ad jura sua pervenienti, prolongarit.

TIT. II.

DE IMPEDIMENTORVM REMEDIIS.

§. I.

Remedium impedimenti I.

In passibus justitiæ nullæ plane sunt assumentiae supplicationes, sed supplicans quovis tem-

tempore ad forum competens adigendus reducendusque, multo minus autem in caussis litispendentibus; esset tamen, ut supplicans protractæ vel denegatæ justitiæ quereretur.

In der Constitution und Ordnung wie die Processe in den Königl. Preußischen Landen &c. expresse pag. 30. sancitum est, quod & den Cabinets-Ordren in caussis litispendentibus eo ipso exceptio sub- & obreptionis obflare, eorumque executioni contradicere deberet. Et in dem Project des Codicis Fridericiani Marchici P. I. Tit. 1. S. 15. obstar exceptio sub- et obreptionis omnibus contra clara jura confectis rescriptis.

Quid de illis vero casibus statuendum, ubi supplicans judicem suspectum dicit, ideoque removendum petit, in sequenti capite erit tractandum.

Si vero supplicationes in supra narratis casibus assumentur, rescripta earum ergo confecta, ut experientia docet si judex supremus secure agere vult, maxime in terminis generalibus conscientur, eaque tantum his comprincipientur, quæ alias & per se juris, in vero speciobus terminis & ad plurimum falsa narrata supplicationum accommodata concepiuntur, ex missa relatione iudicis ad superiorem cum actis contrarium sapienter elucebit; interim tamen cum per relationem, tum etiam quia processus interea quasi dormit, lites insigni modo protrahuntur.

§. II.

Remedium Hodi Impedimenti

Ad falsa supplicantis narrata edita rescripta pro ipso jure cassatis existimare, & supplicantem

D 3

ut

ut & advocatum, si hic factum ipsi melius
innotescere potuerit, poenis affici justum est:

conf. die Niederschlesische neue Process-Ordnung. Tit. I.
§. g. die Chur-Märckische Cammer-Gerichts-Ordnung
Tit. I. §. 8. Fürstliche Anhältsche Proces-Ordnung.
Tit. III. in quas quadrat L. pen. Cod. si contra ius vel
nullitatem publ.

Casus ubi advocatus factum certo scire & supplicationi
inferere potest, est e. g. in omnibus litispendentibus
causis, ubi de protracta seu denegata iustitia conque-
runtur clientes; advocatus enim acta inspicere, ex eis
que verum causæ statum agnoscere potest, si igitur sup-
plicatio, in qua de protracta aut denegata iustitia con-
querantur, adest, & judex nocens apprehenditur, pe-
culiari modo poenis sufficientius; si vero innocens &
res pateat, exteris paribus in supplicante ejusque advo-
cato poena talionis i. e. eadem, quam judex pati debui-
set, si nocens fuisset, exsequenda est. Ut igitur &
Clienti & advocato demetur occasio & judicem &
alios supplicationibus calamitandi, & deinceps inter se
ab uno in alterum transferendi causam, eoque modo
effugiendi poenam, jussus ille maxime sapiens est, quem
Serenissimus ERNESTVS AVGVSTVS Dux Sa-
xo-Vinariensis & Henacensis B. M. in speciali clemen-
ter edito mandato dedit, ut nempe quilibet concipiens ex-
hibita sua subscriptibat, quo ipso simul rabulis & aliis jure
in foris exercendo non gaudentibus occasio auferatur, te-
cte in foro usum juris exerceendi, & partes litigantes uti
processus confundendi. Et cum eo convenienti Ord. cur-
prov. senenf. Cap. V. verbis: wie denn auch jeder Advocat
seinen Nahmen unter die gestellten Schriften zu setzen
pflichtig seyn soll. Die Fürstliche Sachsen-Eisenachische
Pro-

Procesf- Ordnung Tit. II. § 2. die Fürstl. Sachsen- Gothaische neuerlauterte Gerichts- und Procesf- Ordnung Parti. IV. cap. 14. §. 16. & edicta Borussica de anno 1679. & 1699. den 31. Juli & d. 9. Jan. 1703. & d. 14. Aug. 1704. die Chur-Märkische Cammer- Gerichts- Ordnung Tit. XIV. §. 28. Neumärkische verbesserte Cammer- Gerichts- Ordnung cap. 39. & in der Constitution und Ordnung, wie die Processe in den Königlich Preussischen Landen &c. concipiens exhibita sua non subscribens p. 15. decem multatatur thaleris, ut & in dem Projepte des Codicis Fridericiani Marchici Part. I. Tit. 14. §. 24. & 25. in Königl. Schwedische Wismarische Tribunals- Ordnung P. I. Tit. XI. §. 10. Vor. Pommerische Hoff- Gerichts- Ordnung P. I. Tit. XI. §. 10. Fürstl. Schwarzburgische Procesf- Ordnung Tit. 3. §. 3. Fürstl. Anhaltische Procesf- Ordnung Tit. 2.

Remedium ad III.

Si supplicatio non formaliter & distincta & cum medio concludendi facta sit, ea rejicienda est supplicant & idem ille ad melius supplicandum instruendus. vid. Fürstl. Anhaltische Procesf- Ordnung Tit. III.

Deinde non inutile foret, supplicants ad id adigere, ut in tergo supplicationum inscriberent, utrum causâ justitiae, cameralis an consistorialis &c. esset, ut statim innotesceret ad quam pertinerent expeditionem, & supplications si in diversam venirent expeditionem, non tam diu retinerentur.

§. IV.

Remedium IVti.

Omn.

Omnibus supplicantibus sub poena præcipendum est, ut in iis rebus, in quibus secunda vice supplicantur, supplicationibus suis antecedentia rescripta & alias resolutiones in copia adjungant.

Hac re memoria Princips eo facilius repetere potest res, quae jam in scientiam ejus antea venerunt, & eo melius annotare, an denuo a supplicantibus adductæ rationes sint sufficietes ad removendas causas Principis, quibus commotus primam jam rejecit supplicationem. Et hoc modo raro diversa emanabunt rescripta ob currentiam supplicationum.

Similem usum etiam modus ille habet, si quis de impretrando privilegio alteri in jure suo vel itidem jam impretrato privilegio noxio supplicatur. Si enim ille adigetur statim in prima supplicatione contrarium sibi privilegium (scire si tamen aut copiam habere potuerit) compaliter seu ut latinius loquar, per exemplum adjungere. Princeps enim sepe oblitus est, se dedisse huic vel illi privilegium quoddam, & de novo id ideo concedit supplicant, alter vero priori gaudens privilegio hoc non auferri ab altero sibi patitur, resistit itaque quocunque modo & sic lis adest.

§. V. Remedium Vti.
Ne promiscue & aliquando moratoria concedantur necesse est, nec illis qui propria industria sibi bonisque suis detimenta adducere allaborarunt. Et tandem, si concedantur

non

non nisi præstita cautione de non interim
dissipando bona.

Sicuti iam in der Fürstl. Säfsten Gothaischen Reuerseuer-
erten Gerichts- und Proces- Ordnung. Capit. II. n. 37.
§. 13. stabilitum est, quod contra cambium nullam vim
habeat moratorium.

§. VI.

Remedium VIII.

Duae instantiae sufficiunt, in primis Leuteratio-
nibus nobis usitatis non remotis.

Si enim judices in priori aut altera instantia actis non-
dum in magnum volumen extensis male judicaverunt,
hoc multo magis de iis in tertia & quarta suspicandum
& expectandum est, cum acta in maiorem molem au-
cta sint, & ille, qui injusta ejus caussa non obstante, has
favorabiles sententias adeptus non deerit, in iustitiam caus-
is occulare & alterius justam caussam obturbare ut et
confundere.

CAP. II.

DE IUDICIIS SIVE COLLEGIIS SUPERIORIBVS.

TIT. I.

DE IMPEDIMENTIS IUSTITIAE QVODAD EA FERIVNT.

§. I.

Impedimenta propter
al. IV

E

I, Su-

I. Superior magistratus s^ap^e interrumpit cursum inferioris ad videndum, si in processu reperiatur gravis quædam difficultas aut ipsa^s lites à judicio inferiori avocat.

Hoc admodum lites retardat, inferiora judicia va-
cant, & superiora ita occupantur, ut non possint expe-
dire litigia & processus.

§. II.

II. Si quædam membra collegii superioris aut
interesse respectu caussæ ventilatæ aut aliam
quandam connexionem cum parte adversa
habeant, hoc parti alteri non sine omni est
periculo, s^ap^eque ansam præbet decisioⁿ non
tam commode pro eo factis.

III. S^apius nonnulli & s^ap^e in decidendo priora
membra tantam sibi acquisiverunt auctorita-
tem, ut cætera statim assentiant eorum vo-
tis, re non satis explorata.

DE IUDICIORIBVS SVAE CIVILIS

V. S^ap^e res quædam sine necessitate non in
confessu aut saltem insciis reliquis membris
tractantur.

V. Appellacioni s^ap^e tam celeriter indulgetur.

VI. In

**VI. In relatione nonnunquam passim motus
animi sese exserunt.**

TIT. II.

DE RENEBIIS SANANDI IMPEDIMENTA.

§. I.

Remedium impedimenti I.

Collegia superiora, quantum possibile est, cursum iudiciorum inferiorum non impedire debent, nec litem sine appellatione vel ob denegatam vel protractam iustitiam, vel si altera pars non libere priori instantiae renunciare vult (exceptis causis miserabilium personarum) avocare, vel statim ab initio coram se ipsis litem tractare.

Vid. die sub auspiciis Friderici III. Serenissimi Ducis Saxo-Gothani & Altenburgici, Jusitiae promotoris strenui, emanata Fürstl Sachsen-Gothaische neuengläuterte Gerichts- und Proeefs Ordnung Cap. II. n. 22. die Fürstl. Anhaltische Proces Ordnung, Tit. I. in fine & §. 8. Edicti Borussici in Silesia emanati, de dat. Berlin. d. 15. Jan. 1742. im XXI. Stück der gesammelten Nachrichten und Documenten von Schleien. Causantur enim partibus propter vias & relationes multae expensa, et ob beneficium primæ instantiae processui plurima impedimenta inferuntur. Hinc & consulendum esset Collegiis illis Superioribus facta avocatione & perspecta iustitia non semper

semper litem coram se ipsis statim tractare, sed prius perictium facere, an iudex illam exercens iustitiam præscripto modo procedendi a judicio superiori a via erronea non sit abducendus, quando ei nempe specificè injungantur, quomodo in avocata caussa amplius sit procedendum.

II. TIT.

§. II.

Quid vero si officialis ipse aut respectu suorum in caussa quadam interesse proprium habet? Tunc ad collegium superiorius avocanda est.

Causa esset tamen, ut in iudicio inferiori adhuc plures essent personæ judiciales, e. g. in magistratibus opidianis, ubi tantum mandandum, ut ob proprium interesse suspectus a voro & sessione hac in re excludetur. Si vero officialis ex vinculo cognationis tantum suspectus, tunc penes collegium est superiorius, utrum illam caussam avocare, an quemquam illi adjungere vellet. conf. Fürstl. Schwarzburgische Proces-Ordnung, P. I. Tit. I. §. 4.

§. III.

Remedium Hdi Impedimenti!

Bene esset, si in judiciis superioribus membra in rebus & caussis consanguineorum, pupillorum & curandorum suorum aut ex quibus ipsis esset commodum quoddam, aut in quibus antea patrocinium caussæ exhibuerunt, à votis & sessionibus ipsi recedant abstinentque,

Quod.

Quodque sancitum est in Ord. Cur. Prov. Jenens Cap. IV. Verus: Do. auch der Beyfizere einer jemanden unter den Rathayen &c. In der Nieder-Schleischen neuen Proeß-Ordnung Tit. IV. §. 12. In der Königl. Schwerdischen Wismarischen Tribunals-Ordnung P. I. Tit. V. §. 10. In dem Projecte des Codicis Fridericiani Marchici P. I. Tit. 6. §. 12. *Et etiam non permittendum esset membris, ut curatelas & tutelas suscipereunt, nisi consanguineorum, quorum intuitu per se vota dare non possunt, quamvis enim tale membrum nec sessionibus intercessit, nec votis, secreta tamen collegii facile experiri & consilia eis accommodare posset.* Qua cum sententia in pluribus convenit die Constitution und Ordnung wie die Processe in den Königl. Preussischen Landen &c. p 3. & in dem Projecte des Codicis Fridericiani Marchici P. I. Tit. VI. §. 11.

§. IV.

Remedium III. Impedimenti

Ultimæ membra semper votorum faciente initium.

Uti in dem Project des Codicis Fridericiani Marchici P. I. Tit. III. §. 8. jam est sancitum.

Remedium IV.

Omnia decreta & aliae resolutiones omni tempore nisi periculum adsit urgens in consensu omnium voto & suffragio, si non per unanimia, saltem per majora concludantur.

Præstaret itaque, si delineationes decretorum & resolutionum (vulgo die Concepce) non ab uno tantum,

E 3

sed

sed ab omnibus subscriberentur & prius quam illud factum esset, nil obsignaretur, & publicaretur. Originalia autem a sedendo prioribus aut variato ordine ab hebdomade ad hebdomadem subscribi debent.

§. V.

Remedium ad V.

Indulgeatur nec a punctis incidentibus nec ab interlocutoriis sententiis, nisi sint mixtae aut damnum irreparabile concomitantes, appellationibus, sed tantum beneficium supplicationis eis in caussis permittendum est. Generatim vero frivole appellantes eorumque patroni caussarum puniendi sunt; qua de materia in sequenti Dissertatione pluribus agetur.

§. VI.

Remedium VI

Praestaret quoque si referenti correferens in quamvis paullo graviori caussa adiungeretur.

Ita in camera Imperii Wezlarie usus est per Recessum Imperii de anno 1654. S. 145. & Sancitum pag. 23. & 24. in der Constitution und Ordnung wie die Processe in den Königl. Preßischen Landen &c. ut & in dem Project des Codicis Fridericiani Marchici hoc stabilitum esse videtur. P. II. Tit. 4. §. 5. & Tit. 6. §. 9. Deinde simili ratione Divonit in Gallia, in suprema curia, quam Parlamentum vocant ibidem hæc servatur consuetudo, ut

ut referenti aliud quoddam membrum adjungant, quod acta cum illo perspiciat & in primis ad ejus relationes attendat, quare etiam Evangelista vocatur, vid. Abbas St. Pierre in Tr. cit. P. II. pag. 227. Ut igitur haec consuetudo & apud nos introduceretur, optandum esset, licet talem correferentem Evangelistam aut Apostolum nominemus, quia hoc modo res sapienter plane in referentis potestate ac arbitrio solum posita sunt, & eo ipso finis deficit, ob quem tale, quod ex pluribus membris constat collegium sit stabilitum. Inimo ut plura adhuc adducam exempla in Scabinibus ordinarius, qui omnia revidit responsa, quasi correferens est.

Allegatus Abbas St. Pierre Tract. cit. P. II. pag. 190. ad sublevandam relationem auctor fuit sua forque, ut exdem caussae semper eidem referenti tribuerentur, & membra ideo eas secundum materias juris inter se distribuerent, sed hoc 1) periculosum est, quia reliqua membra ad alteras materias dicta partitione non adiugnatas incumbere occasione privanunt, & e contrario illi, cui secundum repartitionem ex competunt, facile, ut versatissimo in hac materia juris, votis assisterent, & deinde similiter hac re ratio instituti collegii, causas scilicet collegialiter tractandi, maxima ex parte deficeret; tandem 2) ipsis superiorum collegiorum membris detrimento esset, quia cum occurrentes casus non prævideri & numerari possunt, labores plurimum haud aequali modo distributi essent.

CAP.

CAP. IV.

DE IUDICIIS INFERIORIBUS

TIT. I.

DE EORVM NAEVIS

§. I.

Limites iurisdictionum non sufficienter quam
saepissime stabiliti sunt, et satis distincte de-
terminati.

Ex hoc oriuntur concurrentes jurisdictiones, immo
saepè ad instar processuum fere tam longinquae praeven-
tiones, una cum famosa exceptione judicis incompe-
tentis.

§. II.

II. Iudices saepè indocti et sine scientia iu-
ris sunt, et ideo acta confecta ac eorum de-
creta non nisi minus erudita esse possunt, et
haec ansam praebent Leuterationem, Appel-
lationem et alia remedia iuris adhibendi,
eoque ipso prolongandi Processum.

Quare Justinianus Imperator neutiquam jure taxan-
dus est, si L. 13. Cod. de judiciis culpam protelationis
litium iudicibus tribuit.

CAP.

§. III.

§. III.

III. Multi iudices etiam negligentes minusque laboriosi sunt.

Et hi sunt tales vel ex commodo vita genere, vel alia intentione, si partes manibus nempe non clausis illos adeunt contra filium & obseruantiam. Ideo acta 1) non diligenter perlegunt inspiciuntque. 2) beneficia juris huc spectantia, si nimirum in judicis testamenta publicantur, emtiones, venditiones & alii contractus indicantur aut ineuntur, renunciationes suscipiuntur, jura menta praestantur & reliqua, eis, qui cunctarum harum rerum socii sunt, nequaquam explicant, & 3) non ipsi sententiam ferunt, sed acta semper ex officio ad multiplicandas expensis & processum retardandum transmittunt.

§. IV.

IV. Nonnulli iudices cum parte aliqua amice agunt, et casus pro amico statuunt, et ideo in relationibus non cordati sunt, si vel opinionem suam non praeiudicantem (ut nominant) et humillimam his adiungant, et iudicem superiorem hoc ipso ad assensum movere studeant, vel si duas relationes conficiunt, et alteram tantum, generalem nempe actis adiungunt.

§. V.

V. Dantur etiam avari, et expensarum avidi

F iudi-

iudices, qui nullum promovoent transactum, processus nullo compromisso coarctare student, sed omnia statim ad proelium iudiciale (zum rechtlichen Einbringen) et ad processum ordinarium ducunt.

Sportularum cupiditas in primis ostenditur, si partes scriptis citerant, ubi haec citatio oretenus fieri potuisset, vel si omnibus, quos vocant interessentibus separatae insinuantur citationes, ubi unica (eines Umlaufts) tantummodo suisset opus.

§. VI.

VI. Multi iudices dorophagi sunt, et partes litigantes vel directe vel indirecte ad munera offerenda invitant coarctantque ac capillis quasi ad ea protrahant.

Qua de re jam Owenus scripsit p. 78.

Miraris clausae quod sint tibi judicis aures,

Cum tua judicibus non sit aperta manus.

VII. Saepe superflui sunt iudices et personae iudiciales in uno iudicio, e.g. in magistratis oppidanis.

VIII. Saepe et vario modo iudices et cives inter se nexi sunt suae iurisdictioni subiacentes, nonnunquam in bono nonnunquam etiam in malo sensu, quo vero in ambobus casibus iustitia impeditur.

§. VII.

§. VII.

XI. Saepissime iudices quanquam ratione processus a partibus aliquid omissum est, ideoque ipsi vident inanem ut vocant et non dependentem, et interlocutoriam et suppletoriam tantum expectandam esse sententiam, nihilo minus tamen vitium illud neutiquam supplentes, acta transmittunt, ivsan multam
litesque ita protrahunt, se formulis consuetis excusantes:
hoc partium esse: vel judicem nil facere, nisi sit im-
ploratus.

§. VIII.

X. Confectio Registraturarum (vel ut Tullius ait, hypomnemacismorum, aut relationum in tabulas) plerumque confusa admodum est, et omnes sive sint iudices, sive actuarii, sive Copistae, eas promiscue conficiunt.

XI. Actuarii saepe non tam accurati sunt in eorum munere, e. g. in inscribendis praesentatis (ut vulgo vocantur) et acta non semper ad manus habent, imo nonnunquam vel ad tempus vel plane amittunt.

XII. Actuarii et aliae personae ad indicium minus principaliter pertinentes, ut e. g. Copistae, (quas cum Plinio mallem vocare anti-

F 2 gra-

grapharios,) nuntii etc. saepe divulgent rem et
relationes, imo copias partibus prius tribuunt,
quam decreta et resolutiones publicantur.

TIT. II.

DE NAEVORVM REMEDIIS.

§. I.

Remedium nævi I.

Limites iurisdictionis ab illis, penes quos summa in Republica potestas est, in ordinem redigendi sunt.

Ita in den Fürstl. Sachsen-Gothaischen neuerläuter-
ten Gerichts- und Process-Ordnung. Cap. V. n. 1. 2. 3.
& 4. sancitum est: & hoc etiam Regiæ Majestatis Bo-
russicæ uti ex edicto respectu Silesicæ emanato de Dat.
Berlin. d. 19. Januar. 1742. seria voluntas & sententia
est. Confer. das XXI. Stück der gesammelten Nach-
richten und Documenten von Schlesien.

§. II.

Remedium II. Nævi.

Puniantur iudices, si propter imperitiam cul-
pa levi falsam tulerint sententiam, et nullum
vendatur amplius munus iudiciale.

Ubi enim emtio venditio & locatio conductio munerum
judicialium usitatæ sunt, ibi & justitia plerumque mer-
cenaria est, & indocti occasionem adipiscuntur hæc mu-
nera ambiendi; si vero facta à iudice ex imperitia com-
missa puniantur, ii, qui nullam vel exiguum peritiam
juris

juris habent, de munere quodam principem non sollicitabunt, sed deterrebuntur.

Antiquis jam temporibus penes Romanos erat usitatum, ut omnes judices, qui ob imperitiam male judicaverant, parti litiganti omne damnum inde veniens refarcire deberent. vid. L. 6. ff. de extraordin. cognit. Sed eur haec lex hodie non amplius est in usu? Porro etiam in Recess. Imperii de anno 1554. §. 109. pena sed non determinata in imperitos male judicantes judices statuta est.

Hinc illis, qui summa in republica gaudent potestate, multum in plurimum interest, ut judicia legalibus & peritis personis sint tantum exornata. Illis igitur, qui jurisdictione patrimoniali prædicti, talibus supra descripsit personis administratio judiciorum committenda est. Conf. die Churfürstl. Sachsische neuерläuterte und verbesserte Proces- Ordnung ad Tit. II. §. 1. Hinc optime si illi, qui dictam jurisdictionem patrimoniale habent, ad id adigerentur, ut directores judiciorum & actuarios suos regimini ad examinandum reperasentarent; nisi personis coram regime jam probatis & examinatis haec munera mandarent. Conf. dict. ordinat. Processus I. c. §. 2.

§. III.

Remedium IIIIⁱⁱ nævi

Negligentes et minus labriosi iudices puniendo sunt adigendique, ut damnum partibus litigantibus illatum reparent.

Non injustum igitur esset, si partibus licetum, ut iuditis, qui terminos e. g. non observaret, neque illis adfuit, consumaciam accusarent. Deinceps vero iudices adstringendi essent, ut beneficia juris partibus omni tempore in occur-

rentibus attibus forensibus explicarentur. Tandem hydro, ut ipsi sententiam ferant, & non semper alta ex officio transmettant, adigendi sunt. conf. edicta Borussica regia de dat. Berlin d. 17. Febr. 1723. & d. 21. Julii 1746. Abbreviandis tunc non minus inserviret procesibus, ut sententiis suis semper rationes decidendi adjungerentur, conf. das Project des Codicis Fridericiani Marchii P. I. Tit. 6. §. 18,
non Dantur quidem nonnulli, qui, judicem acta ex officio transmittere posse, bene credunt, si nimimum ini-
micitiam & alia incommoda ipse ferendo sententiam sibi pararet, imo per se judicem non posse ad ferendam teneri sententiam. Sed his Resp. Si quis judicis munus ambire velit, a quo jure agere & neminem vereri debet, & cum officium judicis munus publicum sit, ad exercendum vero munus publicum quilibet adigi possit. & judecet ut sententias ipse ferat, cogi possit necesse est.

Insigni porro remedio Serenissimus ille B. M. D. ERNESTVS AVGVSTVS judiciorum excitat laboriositatem, cum eius causa ut a judicibus singulis mensibus registranda, seu delineatio quadam eorum qua in judiciis durante mense peracta sint, ad judicia superiora mittentur necesse sit. Huius enim ope facile perspiciemus utrum iudex laboriosus fuit mense illo, nec ne? Insigni huic remedio responderet Fürstl. Sachsen-Gothaische neuerläuterte Pro-cess-Ordnung, qua Part. IV. Cap. 2. §. 27. Diarium ex-peditionum a judicibus desideratur: & das Project des Codicis Fridericiani Marchici, P. I. Tit. 3. §. 22. ubi judicibus plures huius generis specificationes & tabellas l. c. praescriptas transmittere inunctum est.

§. IV.

Remedium IV. Nævi
Puniantur ii iudices, qui duas relationes et gene-

generalem et specialem simul mittunt, et cogantur, ut relationes suas semper actis inscribant, et ut opinionem suam de decienda causa nunquam relationibus suis ad superiora collegia missis, inferant.

Sed excipiendum est, si collegia superiora has opiniones expresse a judice inferiori desiderent vid. Dr. Cammannus in seinen aufrichtigen Vorschlägen zu Abkürzung der weitläufigen und kostbaren Processe, s. 37. Generatim vero insertiones opinionum de decidenda causa judicis inferioris maxime nocivæ sunt, quia 1) referens, qui commoditati sua tantum inferuit, sive acta non inspicit, in judicem inferiorem confidit & inferam opinionem suam sequitur. 2) judex occasionem nanciscitur inclinationem erga hanc vel illam partem litigantem adhibendi. Et 3) contra auctoritatem collegii superioris est, si judex inferior sine iussu speciali his opinionem suam quasi obtrudere vult, cum insuper hæc etiam remanet, si acta in collegium juridicum transmittuntur.

Quoniam etiam examinibus testium plurimum tribendum est, & eos in examinando facilissime causus pro amico statui potest, ea, nisi leves causas concernerent, nulli persone judiciali soli committenda essent, & testes ad id adiendi, ut factam depositionem subscriberent, si scribere soiant.

§. V.

Remedium Vti.

Accurata promulgetur taxa expensarum iudicialium, fiscalis eam rigide observet et publicae suspendi iubeatur in locis iudiciorum

ad

ad omnium notitiam, ut certus sportularum
modus obseretur.

vid. Nov. 17. c. 3. Nov. 82. c. 7, et Dn. Ioh. Wilh. Goebel in cogitationibus suis de emndando et abbreviando processu.

Deinde bonum esset, si judices liquidationes expensarum judicialium semper alii annederent, ut ea, si acta transmittantur, simul moderari possent, quod, facitum est in der Churfürstl. Sächsischen neu erläuterten und verbesserten Process-Ordnung, ad Tit. 36. §. 3. Fürstl. Sachsen-Gothaischen neuerläuteten Gerichts- und Process-Ordnung Cap. II. n. 28. ab illo Defensore justitia serenissimo Duce FRIDERICO cognomine sapienti renovata, & Fürstl. Sachsen-Altenburgische neu erläuterte Gerichts- und Process-Ordnung P. I. cap. 40. §. 4. Si vero & acta non transmittenterentur, hæc liquidatio actis adjuncta admodum præstaret, nimurum ad perspicuum utrum judices sportulas secundum taxam præscriptam solutas accepissent nec ne? si plures & in taxa recensitas sportulas sumissent, partibus restituere easdem deberent.

§. VI.

Alterum Remedium nævi Vt esset

Judices si porro adigantur ut amicabilem compositionem omni industria quaerant, et compromissis processum abbreviare studeant,

ad quod secundum Fürstl. Sachsen-Eisenachische Process-Ordnung Tit. I. Chur-Fürstl. Sächsische neu erläuterte und verbesserte Process-Ordnung Tit. I. §. 2. Fürstliche Sachsen-Gothaische neuerläuterte Gerichts- und Process-Ordnung P. II. Cap. 6. §. 3. & Fürstl. Sachsen-Altenburgische

gische neu erläuterte Gerichts- und Process- Ordnung P. IV. cap. 2. §. 10. iam obligati sunt. Deinde eadem res in quibus summarie procedendum est, satis & distin-
cte indicandæ sunt, & omnes lites injuriarum & inter per-
sonas vinculo connexas summarie decidenda. vid. Fürstliche
Sachsen - Weimarsche Verordnung zu Verbesserung
der bisher angemerckten Process- Gebrechen und Mis-
bräuche. Fürstliche Sachsen - Eisenachische Process-Ord-
nung Tit. I. §. 1. Niederschlesische neue Process- Ord-
nung. Tit. LVIII. §. 5. Fürstliche Schwarzburgische Pro-
cess-Ordnung. Tit. I. §. 3. & iudex, pro re nata, flatim
ad protocollum ferre sententiam adstringatur. vid. Fürstliche
Sachsen - Eisenachische Process- Ordnung Tit. I. §. 2.
Porro omnia incidentia puncta in processu ordinario occur-
rentia item summarie decendantur, & iudices insuper cogan-
tur, ut ipse in omnibus causis summaris, ubi nulli adsunt
advocati, partes litigantes ratione fatalium e. g. in delatio-
ne juramenti, dirigant, ut præveniantur confusiones,
ita ut restitutions in integrum. conf. Kœnigliche Preu-
sische Constitution von Abkürzung der Processe in der
Neu-Marck de Dato Berlin d. 18. Nov. 1718. §. 21. & Pro-
iectum Codicis Fridericiani Marchici. P. I. Tit. 4. §. 11.
& 16. nec non supra iam allegatus Dn. Cammannus
Tract. cit. §. 22.

§. VII.

Remedium Vlti nævi.

Iudex, qui a partibus litigantibus vel directe
vel indirecte donis se corrumpi patitur, gra-
vioribus poenis est afficiendus, ne vero neces-

G

sitate

sitate urgeantur iudices ad sumenda dona,
principes illis necessaria & sufficientia salario
constituere debent.

Serenissimus Dux Saxo Vinariensis & Isenacensis
E R N E S T U S A V G U S T U S B . M . hunc naevum
justissime cognovit, eumque in mandato speciali ferio
prohibuit, quod, quo magis hominibus imprimatur &
notum sit & magis confirmetur, quotannis est suggestu
recitandum praecepit, insuperque sub poena mille thale
orum de uno quoque thalero dona sumere prohibuit.

Cuicunque vero volupe est his in casibus Romanorum
notare poenas, ille tantum tot. Tit. Cod. de poena ju
dicis qui male judicavit. & Nov. 124. Cap. 2. perspicere
debet, ut & plurimae ordinationes processus in Germania
contra hoc crimen fram juste ostendunt. Quid ve
ro iuvant leges optimae nisi impleantur? L. I. Cod. de
poena judicis qui male iudic. e. g. habilitum est, quod
ille qui iudicem corrumpt cauſa caderet, & quam
pulchrum foret, si hac lex nobis, si non in totum ta
men ex parte esset usitata. Si enim partes iudicii nihil
dant, ille nihil accipere potest, ideoque non sufficit
inhibere naevum hunc ex parte Judicis, sed etiam intui
tu partium ille est impediendus. Attamen Jcti, ut quod
hujus generis Leges in usu non sint, saepe ipsi in cauſa
sunt, dum supra dictum legem stupendum in modum
limitationibus suis includunt, & ut unum exempli loco
afferam, putant illi, partem litigantem aliquid sine ali
qua juris violatione donare posse iudicii hac ex cauſa,
ut citius iudicaret. Quis tamen non intelligit legem su
pra memoratam hac limitatione defraudari? Certe do
nas, ut iudex citius iudicaret, non ad titulum de dona
tione pertinent; sed ad titulum quod metus cauſa ge
sum erit.

In

In dem Projecte des Codicis Fridericiani Marchici P. I. Tit. I. §. 24. in medium prolat. L. I. C. de pena iud. qui male iudic. de novo & in totum introducta est. Nullum adhuc restat dubium, quam ut dicto in codice alter partium, si & iniustam forsitan habeat litem, victoriā tamē reportet & ex adversarii delicto solum lucrum capiat, cum ejus loco hic fiscus non inepte posset substitui, et illud accipi obiectum litis, quod unus litigantium ob delictum corruptionis commissum amisiceret & alter ob iniustitiam causæ manifestissimam nec accipere nec retinere potuisset.

Porro in mox allegato Projecto Codicis Fridericiani Marchici P. I. Tit. I. §. 18. & intuitu caussarum patroni, qui vel ipse donis iudicem corrupti vel saltem clientē hoc consuluit, pena & curriculi publici (quod vulgo audit: in dem Karren fahren) & capitalis certo respetu est stabilita.

Nec tamen & dicto in Projecto Cod. Frid. Marchici eis, qui falsa accusatione de donis acceptis iudicem premit, impunitas conceditur: de pena enim eius, qui consiliarium Cameræ Marchicæ criminis corruptionis accusavit, & nulla in medium hac de caussa proferre potest indicia apta de eius pena talionis velim inspicias §. 27. Tit. I. Part. I.

Abbas St. Pierre cit. Tract. P. II. pag. 216. putat, ex duobus competentibus de judiciali munere semper ditio rem esse éligendum, quia secundum suam opinionem non tantum pecunia ad se raperet. Hac opinio tamen *injusta & ratione destituta est*. *Injūsa*, quia ob paupertatem nemini maius damnum obvenire debet: *ratione destituta sufficiēti*, quia 1) dives tam facile avarus esse potest ac pauper; 2) in locupletato negligentia muneris tacilius ac in paupere suspicanda est 3) necessitas ex alimentorum in opia iniustiam supprimendi penes pauperem adeo removet, si iudicibus sufficientia præbeantur salariia.

Dn. Cammannus confiliarius iustitiae intimus Brandenburgicus & nobis iam saepius allegatus in seinen aufrichtigen Vorschlägen zur Verkürzung der weitläufigen und kostbaren Processe §. 7. (qui liber in Marchia in officia magna est auctoritate, adeo, ut in ordinatione Camerae judiciali ibidem florente, sape numero ad ipsum provocato vocaverint ipsumque allegarint) advocato debere esse licitum parti adversa ejusque advocato in quacunque parte iudicii & sine aliqua presumptione juramentum deferre, utrum judicii an ejus uxori, liberis, domesticis &c. dona vel actu non dederit, vel saltem promiserit; hocque consilium in der Koenigl. Preussischen Constitution von Abkürzung der Processe de dat. Berlin d. 19. Mart. 1717. §. 16. publica autoritate introductum est, mihi tamen periculosus videtur, quia hac re partibus & advocatis facile occasio præbetur, iuramentis quasi ludendi, si hæc sine ulla presumptione parti adversa ejusque advocato deferre possent. Juramenta enim præter necessitatem non sunt multiplicanda, nec advocatis alias iam caussæ perditæ culpam judicibus tribuere consultis ansa porrigenda est, id clientibus suis eo facilius fraudandi, juramentique delationem ad id adhibendi. Si vero sufficiens adest & fundata præsumtio de donis acceptis aut promissis, hoc non spernendum tunc esset consilium. Quod & ex post in dem Projecte des Codicis Fridericiani Marchici P. I. Tit. I. §. 27. istis inclusionum est limitibus, ita ut pars iudicii ea de caussa jurementum deferens, antea indicia sua suppeditare debeat.

§. VIII.

Remedium VII. naevi

Superfluæ personæ judiciales in primis in magistratis oppidanis sunt removendæ.

Cui bono enim sunt duo vel tres consules, totidem præ-

prætores & camerarii? hi quoniam in gubernatione urbis variant, quid aliud vero exinde oritur, quam ut cum qualibet variatione, processus etiam confundantur. Si enim, qui a gubernaculo recedunt, processus qui in motu sunt, & res politicas sciunt, eorum vero succedentes in locum eas plane ignorant, & multo labore sibi eorum acquirere debent scientiam, sed ea vix acquisita iterum deponere munus regiminis aliusque insciis rerum antea gestarum committere debent. Ita per totum anni spatium res geruntur & lites sicuti alia expedienda paucis exceptis, reliquis membris senatus oppidanii ignota manent. Nonne ideo melius esset, si unus tantum Consul, unus Prætor, unus Camerarius continuo urbis gereret gubernaculum, in primis aut si senibus aut perpetuo ægrotis vice-consul, vice-prætor &c. constitueretur. Nam quales in ærario urbis & in reddendis rationibus difficultates oriuntur, si hoc anno ille, altero anno alter redditibus aliquis proventibus ærarii præfet, hosque colligit? Et ultimo perpendendum est, quod quam siccissime haec persona salariis per se mediocribus necessitate coacti sunt, ut nempe sequenti anno, quo regimine destituti, alimenta haberent, sportulas supra modum exigere, donaque sumere. Attamen in hoc consilio, si existentia reddendum, ne in justum fiat, requiritur, ut praesentia membra prius animam efflent.

§. IX.

Remedium VIII vi nævi.

Iudicibus occasione, aliquam specialem cum subditis, connexionem, eorum jurisdictioni subiacentibus, habere, quantum fieri potest, sunt abscondendæ.

Itaque sane non sine emolumento erit, si secundum L. 46. ff. de contrahend. emt iudicibus vetaretur, sibi bona

*na immobilia in jurisdictione sua emere; citra enim per
hanc legem Romanorum intendatam opinionem, quod
scilicet iudex his immobilibus in exercendo munere im-
pediretur, imprimit perpendendum est, quod iudex
in libertate emendi bona immobilia jurisdictionis sub-
jacentia non tantum ad ea acquirenda multis uti possit
strategematis, e.g. in subasta & excitatis con-
cursibus &c. sed etiam his iam possessis intuitu vici-
norum suorum, cum casus amicitiae tum inimicitiae ex-
ercere possit.*

Serenissimus Dux & iustitiae strenuus vindicta ERNE-
STVS AVGUSTVS immortalis memoria, speciali
mandato ex hoc capite iustissime bona immobilia eme-
re judicibus prohibuit.

S. X.
Deinde usum non exiguum praestaret,
si judicibus prohiberetur emere actiones vel
directe vel indirecte.

Porro iustitiae plurimum inserviret,
si iudicibus curatela & tutelae gestiones non concede-
rentur nisi proxime cognatorum. Quod iam prohibi-
tum est in der Niederschlesischen neuen Process-Ord-
nung. Tit. IV. §. II. & in der Vor-Pommerischen Hoff-
Gerichts-Ordnung, P. I. Tit. III. §. 5.

§. XI.
Remedium IXni nævi.

Ut iudicibus iniungatur, vitia & nullitates
commissas ratione processus ante transmissio-
nem,

nem actorum vel conceptionem decreti, si ipsi sunt sententiam ferentes, ex officio supplere. Sed alia vitia circa ius & eligendam actionem ab advocatis commissa a iudice neutiquam sunt supplenda. Iudicis enim & caussarum patroni munera diversa ut manere debent, necesse est.

In Projecto Codicis Fridericiani Marchici quidem P. I. Tit. 3. §. 13. Præfidi & Tit. 6. §. 3. reliquis consiliariis & assessoribus initium est, partibus litigantibus & eorum advocatis vitia circa iura, conceptionem libelli, & instituendas & eligendas actiones &c. commissas ex officio indicare ac emendare: sed hæc omnia in dubium sunt vocanda, cum per ea personis dignitate judiciali splendentibus occasio facilime subministratur unius litigantium casus praestare amicitia, quid? quod? muneribus consulentium & caussarum patronorum se imminiscere; quod tamen dicto in Proj. Cod. Frider. March. P. I. Tit. 6. §. 14. strenue & expresse est prohibut.

S. XII.

Remedium Xmi.

Nemo, quam illi, qui juramento ad acta adstricti sunt, nisi in casibus summi periculi, registraturas confidere debeat.

Neminem enim fugit, quantum possum sit in registratione, & quam multa litigia de quaestione, num subsistere possit, nec ne oriantur, & quantum sit illud, utrum ab ad acta jurato confecta sit registratione nec ne Hoc vero non obstante registratione conficiuntur quibusdam in judiciis personis judicialibus promiscue. Sed hoc prohi-

prohibitum est in der Churfürstl. Sächsischen neuerläu-
terten und verbesserten Process-Ordnung ad Tit. 14. §. 2.
& non in utile esset, ut registrans semper nomen suum
subscriberet registratur.

§. XIII.

Remedium XIImi.

Poscantur ab actuario acta solummodo & adi-
gatur ad id, ut gesta finita lite in tabularium
sanctius, quod vocant archivum, accurate
reponat.

§. XIV.

Remedium XIIImi.

Puniendi sunt ii, qui vel ante publicationem
decreta aut resolutiones divulgant, aut co-
pias partibus distribuunt.

Hoc cum remedio nexum habet Ordin. cur. prov-
nenf. cap. VII. verbis: Nichts von Heimlichkeiten als
Schriften, Protocollen &c. offenbahren: die Fürstl.
Sachsen-Altenburgischen neuerläuterte Gerichts- und
Process-Ordnung P. IV. cap. IX. §. 4. die Chur-Märki-
sche Cammer-Gerichts-Ordnung, Tit. 7. §. 7. die
Niederschlesische neue Process-Ordnung, Tit. VII. §. 7.
& das Project des Codicis Fridericiani Marchici P. I.
Tit. 8. §. 5. & Tit. 10. §. 7. Fürstl. Schwarzburgische
Process-Ordnung Tit. II. §. 4.

§. XV.

§. XV.

Generaliter vero adhuc monendum,
quod omnes Iudices, Syndici, Directores judi-
ciorum, Actuarii & aliæ personæ judiciales,
coram iis, qui jurisdictioni suæ subjecti sunt,
juramento obstringerentur.

Conf. Fürstl. Sachsen-Eisenachische Proces-Ord-
nung Tit. I. §. 4. Fürstl. Schwarzburgische Proces-Ord-
nung Tit. II. §. 1. Hoc ipso enim subjecti, si juramenti
præstationi interfuerunt, impressione hujus actus bo-
nam opinionem de illis consequentur, & præcipue si
sacerdos actui juratorio interfuerit. Mundus enim re-
gitur opinionibus, & vulgus capitur externis, quæ in
politici non sine fructu admittenda sunt.

CAP. IV.

DE COMMISSARIIS.

§. I.

Huic non tamdiu inhaereo materia, quia quod
antea de judiciis peroratum fuit eodem pertinet, ita-
que etiam simul applicari potest, cumque præterea mul-
ti & ingentes commentationes hac de materia in lucem
prodierunt e. g. Rurger Rulandi, sequentia tantummo-
do brevissimis monebo.

H

§. II. Partes

I. Commissiones non tam abundanter & sine necessitate dandæ sunt, multo minus autem, ut cursus justitiae in caussis litispendentibus ius interrumpatur.

Partes enim saepe hanc ob caussam commissions extrahant, ut caussæ forenseſ quam longissime protrahantur.

II. Non a partibus litigantibus commissarii commendandi & ad eligendum quasi denominandi sed a Collegiis sunt eligendi.

Ita enim & casus amicitiae in commissionibus impedimentur, & idem statuit die Constitution und Ordnung wie die Processe in den Königl. Preussischen Landen &c. pag. 30. Sed permittendum est partibus, statim in supplicatione de decernenda commissione, eos nominare, qui vel eorum inimici, vel partis adversæ singulari amicitia coniuncti effent, & binc contra eorum electionem protestari; ne Collegia superiora in denominatione commissariorum ex harum circumstantiarum ignorantia parti cuidam nocere possint.

III. In Commissariis semel electis non sine necessitate admittenda est mutatio variatioque.

Partes enim s̄apenumero tantum conqueruntur de
Commissario, ut alius constituantur, qui tunc, si multa
volumina actionum adsunt, multum temporis aliis suis s.
quibus ordinarie obruitur, negotiis non neglegat ad
ea perlegenda opus habet, ideoque interim lis acquite-
scat, & si novus ille Commissarius incipit in lite desudare
laboribus, denio querelas effundunt de eo, hasque con-
tra Commissarios institutas querelas continuarent, si
possent, in infinitum. IV

IV. Commissorialia sunt perspicua & intellectu
facilia concipienda,

ut cum Commissarii, ea falsis interpretationibus violandi transgrediendique, tum partes ea false interpretandi & querelas gerendi, occasione priventur.

V. Si duo vel plures commissarii adsint in una eademque caussa in commissoriali clausula: samt und sonders, oblivioni haud mandari, nisi caussæ prægnantes adsint,

Cap.

H 2

Partes

ne scilicet si unus Commissariorum absens, alter in processu gerendo impediatur, aut unus ex partibus occasionem adipiscatur, donis aut aliis persuasionibus unum eorum eo determinandi, ut alibi sibi negotia pararet & eo modo iusta caussa, quia praesens concommissarius sine altero nihil efficere potest, quiescat.

§. VI.

VI. Ultimo notificatio a committente ad partes, quod hi vel illi sint Commissarii constituti, superflua est,

ideoque ad evitandas expensas non admittenda, quia Commissarii per se denominationes suas cum communicatione commissorialis annexa citatione in causa, in copia partibus litigantibus indicabunt. Ideoque non tolerandum ut Commissarii separatum instituant terminum ad publicationem commissorialis, cum partibus illud in copia, sive latinius per exemplum communicare, & cum citatione in causa necessaria illis insinueretur jubere possunt.

CAP.

H. 2. Bifurc.

CAP. V.

COLLEGIIS JVRIDICIS.

TIT. I.

DE NAEVIS EORVM ERGO OBVENIENTIEVS

§. I.

I. Responsa nonnunquam nimis generatim & non sine omni obscuritate aliquando pronuntiantur.

Inde evenit, ut declaratoriam petere necesse sit, hincque non computatis expensis lis tamdiu protrahatur, sed & quia sapissime e. g. uni parti præstatio iuramenti generaliter tantummodo adjudicatur, & notula iuramenti non simul delineata transmittitur, Advocati tunc demum si iudex eam delineavit, amplam litem hac de re incipiunt, sive processum prælongant.

§. II.

II. Non semper iudices a collegiis juridicis rationes decidendi, ut responsis suis annexarent, desiderant.

Hoc modo pars illa cui sententia contraria fuit vel Advocatus nullo plane modo de iniustitia caussæ sua factis convictus, litigium continuat, lenterat, appellat & ita litem protrahit;

H 3

§. I.

§. III.

III. Sæpe Collegia acta tam diu retinent, & retardando Responsa retardatur etiam processus.
 IV. Sæpe in consiliis privatis quærenti nimis blandiuntur,
 seu ut distinctius me explicem,
 potius ista obscurant consilia formulis illis usitatis: Es Wäre dem Quærenten den andern (den Gegentheil nemlich)
 zu belangen unbenommen; Er Wäre es zu thun Wohl befugt: es wäre ihm nicht ohne Grund anzurathen &c.
 & quærenti igitur non amicabilem strident compositionem, sed spem tantummodo efficiunt dubiam. &c.

TIT. II.

DE NAEVORVM REMEDIIS.

§. I.

Remedium ad nævum. I)

Ad I. Responsa sunt speciatim & distincte concipienda, simulque etiam notulæ iuramenti statim responsis delineandæ, ad II. Rationes

tiones Decidendi responsis indeſiderate an-
nectendæ.

Rationes dubitandi vero emittendæ sunt, cum ea fa-
cillime temerariis litigantibus processui ultro infiſſere,
et eumque prolongare anſam præbère poſſum, & rationes
decidendi ſufficiunt, ſibi vel de iuſtitia vel iuſtitia cauſ-
ſæ convictum babere.

Quo cum remedio §. 43. der Fürſl. Sachſen - Wei-
marischen Verordnung zu Verbesserung bisher ange-
merckter Procesſ-Gebrechen und Miſbräuche &c. quaꝝ
Anno 1723. d. 1. Martii publicata fuſt, in totum plane
coincidit hiſce verbis: Bey Einholung auswärtiger Ur-
theile ſoll nicht nur wenn es die Parthen verlangen, ſon-
dern auch nach Gutbefinden des Richters, beſonders in
Definitiv-urtheilen, oder ſonſt in dubieuen und wichti-
gen Fällen, die rationes decidendi mit erfodert und
ſodann nebst den Urtheilen den Aclis beygeſügt wer-
den.

Et ut hoc impetretur, vel iudices collegia in quacun-
que relatione ad iſta cum acliſ missa, de rationibus de-
cidendi dandis ſpecialiter requirere debent, aut gene-
raliter & ſemel pro ſemper, ut ſupra dictas rationes
perpetuo reſponsis ſuis & indeſiderate adjungant. Huc
etiam pertinet Reſcriptum Electorale Saxonicum d. 9.
Mart. 1715. ad Dicasteria in provinciis electoralibus miſ-
ſum, in quo ea adacta ſunt, ſemper rationes Decidendi
& indeſiderate ſuis annectere reſponsis.

§. II.

Remedium ad III. & IV.

Si

Si collegia acta tamdiu retinent, iudices inferiores superiori hoc referre debent, qui tunc suæ iurisdictioni subjecta pro re nata poenit afficere poterit, ad peregrina & exteriora vero collegia acta mittere per aliquot annos iudici prohibebit.

Exemplum adest in Marchia, ubi per rescriptum regium Borussicum d. d. 26. Ianuar. 1725. referentibus Marchicorun collegiorum remissio Actorum intra sex hebdomades sub poena viginti thalerorum mandata est. Cf. porro die Märckische allgemeine Ordnung die Verbesserung des Justiz-Wesens betreffend de Anno 1713. §. 46.

Possent etiam ad melius perspiciendum, in quo ista sit posita retardatio, collegia peti, ut tempus, quo acta acciperent, annotarent, magistri postarum vero & nuntii similiter, quo tempore a collegiis remissa essent acta.

Sed hodiernis temporibus in der Constitution und Ordnung, wie die Processe in den Königl. Preussischen Landen &c. pag. 17. omnis transmissio actorum ad collegia juridica est inhibita, sed, ut & collegia superiore & iudicia inferiora ipsam ferant sententias, sancitum. In dem Project des Codicis Fridericiani Marchici vero P. II. Tit. 1. §. 1. n. 6. hac non nisi cum limitatione & tantummodo intuitu collegiorum juridicorum extraneorum actorum prohibita est transmissio. Hinc quomodo effectus de causa testaturus sit experientia optima erit magistra.

CAP.

CAP. VI.

DE NOTARIIS.

TIT. I.

DE IMPEDIMENTIS EORVM INTVITV OBVENTIENTIEVS.

§. I.

Procul dubio I. nævus est, quod
in Notarios promiscue creantur omnes hoc
munus desiderantes, sive sint eruditi ac pro-
ni, sint nequam. II. Notarii protocol-
la sua saepe non in ordine servant.

§. II.

III. In audiendis testibus saepe non fides ha-
benda est nonnullis eorum. IV. Notario-
rum mortuorum protocolla plerumque
intereunt,

TIT. II.

DE IMPEDIMENTORVM REMEDIIS.

§. I.

Remedium Impedimenti I.

I. Omnes Notarii examinandi & matriculæ
inscribendi sunt, & priusquam hoc factum
est, exercitium artis notariatus eis non prius
concedendum est.

I

Conf.

Conf. Altenburgische neu errichtete Advocaten-Ordnung §. 25. Neuerläuterte und verbesserte Proces-Ordnung. ad Tit. 2. §. 7. das Project des Codicis Fridericiani Marchici P. I. Tit. 18. §. 1. Königliche Schwedische Wismarische Tribunals-Gerichts-Ordnung. Tit. 15. §. 3. & Fürstliche Schwarzburgische Proces-Ordnung. Tit. 2. §. 5.

Si vero jam, cum e. g. simul Advocati, ante accep-
sum ad praxim examinari sunt, examen eis quidem re-
mittendum est, neutiquam vero inscriptio in matricu-
lam.

Sed porro remedium supra prōpositum de Notariis
indigenis tantummodo est intelligendum, neutiquam
vero de exteris, quorum instrumenta valent, si extra
& in provincia sint confecta.

§. II.

Remedium II.

**II. Notarii protocolla sua accurate debent ob-
servare, omniaque ordine datorum eis infe-
rre ac inscribere.**

conf. Nieder-Schlesische neue Proces-Ordnung. Tit. XVIII. §. 7.

In primis institutum illud in der Märkischen Fran-
zösischen Proces-Ordnung (qua d. 14. April. 1699.
emanata est) Tit. 33. §. 3. insigne est: quod scilicet qui-
libet Notarius protocolum iudici domicili sui adhuc
non perscriptum exhibere debet, ubi tunc judex illud
in omnibus singulis numerat paginis, & tandem in fine
anno rat, quor folia continet, & qua die fit nume-
ratum.

§. III.

§. III.

Remedium III. Notariis non amplius licitum est testes
examinare, nisi utraque pars consentiat.

Examen enim testimoniū omnibus ut notum est, res
est magni momenti, & si examinans non sincere agit,
per quæstiones incidentes saepe ex testimoniis ab eorum
mente plane alienam elicere potest responsonem.

§. IV.

Remedium IV. Si notarius moritur, hæredes eius proto-
collum iudicio, ubi in vita commoratus est;
aposta de traditione ista accepta, ad depo-
nendum ut tradant, necesse est.

conf. das Project des Codicis Fridericiani Marchici P. I.
Tit. 18. §. 13. Vor-Pommerische Hof-Gerichts-Ordnung
P. I. Tit. XIII. §. 6. Nieder-Schlesische neue Proces-
Ordnung Tit. XVIII. §. 13.

CAP. VII.**DE ARBITRIS ET ARBITRATORIBVS.**

Arbitri commentandi non sunt, ideoque non
tolerandi, bene tamen arbitratores (*Schieds-
Leute*) ad lites amice sopiaendas.

Dn. Cammannus quidem Tractatu superiorius allegato.
§ 48. unacum Dn. Ioan. Wilh. de Goebel in cogitatio-
nibus


nibus de emendando & abbreviando processu pag. 26.
 cum ibi adducto Marco Antonio Blanco Icto Patavino,
 contrariam quidem habent sententiam, quodque arbitri
 commendandi essent, statuunt: sed eam amplecti neuti-
 quam possum opinionem, sequentibus ex rationibus;
 quia 1) arbitri ordinem judiciorum procedendi in loco
 receptum observare debent in pertractanda lite per L. 1.
 ff. de recept. qui arbitrium &c. 2) Quoniam ab alterius
 contradictione impugnari potest laudum per L. 5. C.
 de recept. arbitri, nisi silentio decem dierum fuerit con-
 firmatum. Quid? quod? multi ex jureconsultis cre-
 dent ad triennium usque hanc laudi reductionem peti-
 posse, uti in Camera observatum tradit Gail. Lib. 1. obs.
 150. n. 2. Quodque 3) sententia quorundam, laudum
 ex enormi lassione beneficio L. 2. Cod. de rescind. ven-
 dit: possit perinde ac transactio rescindi. Rec. Imper.
 de anno 1594. §. 66. & Brunnemannus ad L. 5. Cod.
 de recept. arbitri. n. 12. sqq. Sed ubi nunc emolumen-
 ta ex arbitriis partibus litigantibus obvenientia, cum
 eodem ordine uti in aliis judiciis illis proceditur atque
 contra decreta lauda eadem facultas, remedis et suspen-
 dere, litigantibus competit? Hinc per arbitria instantiae
 tantummodo multiplicantur, ideoque & impedimenta,
 lites brevi finiendo tempore. 4) Vero. & hoc incon-
 veniens arbitriis inest, quod arbiter executionem de-
 cernere non possit, sed ea judicii ordinario relinquenda,
 qui & tunc saepissime ad executionem laudi minimi
 paratus est, sed eam, iratus. quod pars illa, quæ
 laudo victoriam reportavit, occasionem hac in causa
 ius suum exercere sportulandi illi eripuisset,
 de tempore in tempus retrahit.



Jena, Diss., 1748 (1)



561



1748, 115
Q.D.B.V. 17

DISSESSATIO IVRIDICA GENERALIS
DE
REMEDII~~S~~
ABBREVIANDI PROCESSVM
IVDICIARIUM
QUAM
AVXILIANTE DEO
EX CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
DIE XII. OCTOBVRIS MD CC XXXXVIII.
MODERATO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIVNT
PRAESES
GOTTLIEB FRIDERICVS AMANDVS
TRAVTMANN
PHILOS. MAG. ET IVR. V. D.
STATVV M PROVINCIALIVM DVCATVS SAXO - IENENSIS
SYNDICVS SVBSTITUTVS
ET
RESPONDENS
IOANNES GEORGIVS FALCKE, *Ienensis.*
IVR. STVB.
IENAE,
AERE MARGGRAFIANO.